34.6.C.30

CONFVTATIO DVORVM TRACTATVVM VERNACVLA LINGVA INSCRIPTORVM

QVORVM PRIMVS EST.

RISPOSTA

D'VN DOTTORE IN THEOLOGIA AD VNA *lettera ſcrittagli da vn Reuerendo ſuo amico ſopra il breue di cenſure dalla Santità di Papa Paolo V. publicató contra li Signori Venetiani. & ſopra la nullità di dette cenſure. Cauato &c.*

ET SECVNDVS

Trattato, & reſolutione ſopra la validità delle ſcõmuniche di Gio. Gerſone, tradotto dalla lingua Latina nella volgare, con ogni fedelta in opuſculi dui.

In qua quidem Confutatione D. N. Ieſu Chriſti ſecundum naturam humanam, & S. Sedis Apoſtolicæ, Temporalis precipuè Monarchia in toto terrarum orbe deffenditur. Omneſquè Temporales Poteſtates, à Deo mediante Papa pendere tuetur. Auctoritatibus diuinarum litterarum vna cum expoſitionibus SS. Patrum, & determinationibus ſacrorum Conciliorum, Canonum, ac Theologorum. Summum quoque Pontificem eſſe ſupra Concilium Generale; nec ad illud a iudicio Papæ appellari poſſe aſſeritur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Auctore.

FRATRE ANGELOMARIA SERMARINO DE Arimino Ordinis Seruorum Artium, & ſacræ Theologiæ Magiſtro.

ARIMINI.

Ex Typographia Ioannis Simbenei MDCVII.

Superiorum Permiſſu.

EGO Fr. Aurelius Menochius de Bononia Ordinis Seruorum in publico Bononienſi Gymnaſio ſacrarum litterarum interpres & in celeberrimo Theologorum Collegio eiuſdem ciuitatis Doctor incorporatus librum hunc, cui titulus eſt, *Confutatio Duorum tractatuum vernacula lingua inſcriptorum &c.* à R.do. P. Magiſtro Angelomaria de Arrimino compoſitũ, de mãdato R.mi. P. Generalis Mag. Philippi Ferrarij de Alexandria, diligenter legi: nihilque in eo quod contra fidem aut contra bonos mores ſit agnoui: imo vt multa doctrina refertum, doctorum quorumcumque hominum lectione dignum eſſe iudicaui.

EGO Fr. Adrianus Farinius de Bononia Ordinis Seruorum in Prouintia Romandiole Socius Generalis & in almo Theologorum Collegio eiuſdem ciuitatis Doctor incorporatus demandato Reuerendiſsimi Patris Generalis prædicti ordinis librum, cuius inſcriptio & titulus eſt. *Confutatio Duorum tractatuum Vernacula lingua inſcriptorum &c.* à R. P. Mag. Angelomaria Sermarino de Arimino confectum diligenter vidi & perlegi, nihilq; in eo, quod contra fidem, aut bonos mores ſit contineri, cognoui, dignumque vt in lucem Typographiæ artificio edatur iudicaui.

Ego Frater Sanctes Arimin. Auguſt. Reuiſor.

Imprimatur

Vicarius Inquiſitionis Bonon.

Vicarius Inquiſitionis Arim.

64

SACRAE Theologiæ ſtudijs mihi de more incumbenti quippe qui illius Magiſtrorum hoc præſertim intereſſe non ignoro, quique Hereticorum deque Sacroſancta Romana Eccleſia male merentium abſurda reijcere dogmata ſemper ſum profeſſus; peractis quibuſdam ab hinc menſibus, allatus eſt libellus: & Ioannis Gerſoni, de validitate cenſurarum titulo inſcriptus & ignoti ſub auctoris nomine alius Theoremata, qui complectitur ad ſummum octo. Quos quidem libellos percurrere cum primum ceperium, nec quicquam aliud, quam erronea & à Catholica veritate admodum abhorrentia perſpexerim, eſſe & meum intellexi, vt qui Sancte Apoſtolice ſedi, Sanctiſsimo D. N. Orthodoxeque fidei ſum vel ab incunabulis ad dictiſsimus, in eoſdem inſurgere libellos, ac firmioribus, quas & ſacra primum pagina, indeque Patrum Sanctorum auctoritas, Conlciia, & Canones, ponere mihi ante oculos poſſunt, illos tamquam hæreticam vndique prauitatem, peſsime olentes, non audiendos modo, verum eſſe prorſus damnandos, inque ignem conijciendos demonſtrare. Et cum in ipſis, harum controuerſiarum ac aduerſariorum præcipua, ſita ſint fundamenta; ea diuellere: & ad nihilum redigere conabor. Quod an Deo. Opt. Max. Sanctiſsimaque Deipara ſemper Virgine annuentibus fuerim exequutus vlterius legere non grauantibus erit videre.

Autore.

Riſpoſta d'vn Dottore in Theologia ad vna lettera ſcrittagli da vn Reuerendo ſuo amico ſopra il breue di cenſure della Santità di Papa Paulo Quinto, publicate contro li Signori Venetiani, & ſopra la nullità di dette cenſure, cauata dalla ſacra ſcrittura dalli Santi Padri, & altri Cattolici Dottori. Hec ille.

Reſponſio.

Hic tractatus octo continet propoſitiones; quarum doctrina vt ipſe Author ait, aliena prorſus erit ab omni adulatione, & intereſſe, fundata tamen in ſacris litteris; in dictis, & expoſitionibus Sanctorum Patrum, & in ipſa omnipotenti veritate, adeò, vt non niſi proteruientes contradicere poſsint. At in rei veritate hęc doctrina, vt in pluribus & à ſacris ſcripturis, à Sanctis Patribus, & à ſacris Concilijs, & canonibus erit prorſus aliena: ſed propoſitiones aggrediamur, quarum hæc eſt in ordine prima.

Prima propoſitione dell' Autore.

LA poteſta, che hanno i Principi ſecolari, anzi lo ſteſſo ſommo Ponteſice, come Principe temporale de ſtati, & prouincie che poſſiede, è loro immediatamente conceſſa da Dio ſenza alcuna eccettione. Per intelligenza, & chiarezza di queſta propoſitione deueſi auertire, che de iure gentium, è ſtato introdrutto il dominio, & la ſeruitu, il comandar del Principe, & l'vbedire del ſuddito in quattro modi, cioe, per elettione, per heredità, per donatione, ò iure belli, in maniera, che tutti quei Principi che in vno di queſti quattro modi ſono mai ſtati, ò ſono hoggi collocati nel trono del Principato, ſono giuſti & legitimi Signori. Queſti dico che hanno l'Autorità da Dio di comandar, di far leggi, d'eſſigere il tributo, di giudicare, di caſtigare i ſuoi ſudditi, ſenza alcuna eccettione.

Reſponſio.

Hoc in loco primo aduertendum eſt, vt infrà apertè dicet Author iſte, quod ex verbis iam dictis colligere intendit, Principes ſæculares iudicare poſſe clericos in cauſis criminalibus, & ab ipſis etiam tributa, & vectigalia exigere, & hoc vult eſſe de iure diuino.

Aduertendum venit ſecundò, quod propoſitio principalis cũ ſua declaratione implicant manifeſtam contradictionem, quoniam in propoſitione principali ait, Principes omnes habere immediatè à Deo poteſtatem, in declaratione vero ait, quod illam habent vel electione, vel hereditaria ſucceſsione, vel iure belli, ſi hoc eſt verum, quo modo à Deo immediatè?

Conſiderandum eſt tertio, vt facilius intelligatur propoſitio, & impugnatio eius, quod ſicuti colligimus ex D. Gryſoſtomo in expoſitione cap. 13. epiſtol. ad Rom. Principes habere poteſtatem à Deo immediatè, intelligi poteſt duobus modis, vel quãtum ad poteſtatẽ in abſtracto, quod enim ſit principatus, & ſeruitus quod hi quidem imperent, illi verò ſubiecti ſint, diuinæ ſapientiæ opus eſſe dico, propterea non dicit. Non enim princeps eſt niſi à Deo, ſed de re ipſa differit dicens, Non enim poteſtas eſt niſi à Deo; vel quãtum ad modum habendi poteſtatem. Primo modo propoſitio Authoris eſt vera, quia omnis poteſtas eſt à Deo, vt loco allegato dicit Apoſtolus, ſecundo modo verò eſt falſa, imò, vt habent grauiſsimi Authores eſt hæretica, cum nulla poteſtas Principum ſæcularium ſit, quæ non ſubiaceat, & non dependeat à poteſtate Papæ vel à

Deo

Deo mediante Papa. At pro abundantiori notitia dicendorum obſeruandum eſt illud, quod docet Auguſtinus de Ancona lib. de poteſtate Papæ q. prima art. primo & poſt ipſum Syl. in verbo Papa num. 2. In Eccleſia videlicet triplicẽ eſſe poteſtatã iuriſdictionis, quod intelligitur diſtinguendo in ordine ad inſtitutionem. Quarum prima eſt immediate à Deo, vt ea quæ eſt Papæ; quia poteſtas iuriſdictionis ſpiritualium, & temporalium eſt per claues, quas Chriſtus immediate promiſit Petro, dicens, Tibi dabo claues Regni Cælorum, vt legitur Math. c. 16. & poſt modum exhibuit dicẽs. *Paſce oues meas, paſce agnos meos*, Io. cap 21. Secunda poteſtas eſt deriuata à Deo per Papam, vt ea quę eſt omniũ inferiorũ Prælatorũ vt omnia iura clamãt; & ratione probatur, quia ſi Papa eam non daret etiã auferre nõ poſſet deponẽdo, priuãdo, & ſuſpendẽdo, addit Syl. alioquin ſi eã haberent ab alio, ſtante cauſa poteſtatis remoueretur effectus. i. ipſa poteſtas; vt ſi dator poteſtatis vellet aliquem eſſe Epiſcopũ, & econtrario Papa illum deponeret. Tertia eſt in miniſterium data, vt ea quæ eſt Imperatoris & etiam aliorum Principum Terrenorũ quæ reſpectu Papæ eſt ſubdelegata, ſeu ſubcodonata, vt per cap. quicumque litem 11. q. prima quoniam ab omni Principe & iudice ſpirituali, & temporali, etiam ſi in temporalibus ſuperiorem non recognoſcat ad Papam appellari poteſt, vt notatur in capitul. per venerabilem §. rationibus qui fil. ſunt legit. & in capitul. licet. de form. compet. & in Authen. vt diffi. iud. §. ſi tamen contigerit; & §. in ciuilibus col. 9. ſecunda q. 6. ad Romanam 11. q. 5. quicumque. Et eſt concluſio Inno. & Hoſt. inter dilectos de fi. inſtr. Quod manifeſtiſsimum eſt in iniuriis manifeſtis, vt colligitur per notata ã Panorm. in cap. ſi duobus de appell. & idem intelligitur ſi habetur ſuperior, ſed iuſtitiam non adminiſtrat. His ſic notatis; à nobis, probandum venit poteſtatem temporalem quam habẽt Principes ſæculares, non pendere immediate à Deo, ſed mediãte Sũmo Põtifice tãquã ei ſubdelegatã, Et probatur primò ex veteri teſtamẽto, in quo habemus Regiã poteſtatem ordinatã eſſe à Deo mediante Sacerdote. Legitur enim 1. Regum c. 10. quòd Saul qui fuit primus Rex in Iſrael de mãdato Dei à Sumuele Sacerdote vnctus fuit. Immo regiã poteſtatẽ immediatè tamquam à cauſa efficiente, miniſterialiter tamen à Sacerdote profectam eſſe videtur. Cum Deo ordinante & iubente per Sacerdotem ordinata fit Regalis poteſtas; quod patet primo Reg.

8. cum Iſraelitæ a Samuele Sacerdote peterent ſibi Regem, & ille dominum conſuluiſſet; reſpondit ad eum: Audi vocem eorum, & conſtitue ſuper eos Regem. Samuelem autem Sacerdotem fuiſſe non niſi à proteruis negari poteſt cum eum, & Sacrificium obtuliſſe, & Reges, Saulem S, & Dauidem vnxiſſe ſcriptura doceat. vnde & D. Hieronymus exponens illud Pſalmi, *Et Samuel inter eos qui inuocant nomen eius*; inquit. *Quem Sacerdotem illa res probat, quia, & Sacerdoti ſucceſſit, & hoſtias offererbat, de quo etiam ſecundum hiſtoriam dictum eſt. Suſcitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui quamuis non ſit degenere Aaron, tamen de tribu leui eſſe in Paralip. legitur.* Hec ille; Et D. Auguſt. lib. 17. de Ciuit. Dei cap. 4. à principio dicit. *Nam & Heli Sacerdote reprobato ſubſtitutus eſt in Dei miniſterium Samuel offitio functus Sacerdotis, & iudicis, & Saule abiecto Rex Dauid fundatus in Regno hoc, quod dico figurauerunt.* Hæc Auguſt. Immò ſi quis proceſſum Sacræ Scripturæ obſeruauerit, poteſtatem ſæcularem, & regiam à principio non rectè inſtitutam eſſe, ſed per violentiam, & tirannidem vſurpatam inueniet. licet proceſſu temporis ad legitimum ſtatum potuiſſet reduci, ſicut patet de Regno Aſſiriorum & Caldeorum, quod exordium duxit à Nembrot, qui erat robuſtus, & venator hominum coram Domino, vt legitur Gen. cap. 10. ſcilet oppreſſor, vt ibidem exponit gloſa, ſed legitima poteſtas, quæ à ſuo principio ſit legitima fuit à Deo mediante Sacerdote.

Hoc etiam rationibus probari poteſt, quarum prima ſit. Quandocunque ſunt aliqua duo eſſentialiter ordinata ſemper poſterius, & inferius dependet à priori, vt manifeſtum eſt rectè conſideranti in omnibus artibus, & ſcientijs, vt patet primo Eth: ſed poteſtas ſpiritualis ſiue Eccleſiaſtica & temporalis, ſiue regia ſunt ſub ordinatæ ſicut dixit Apoſtolus ad Romanos cap: 13. vbi cum dixiſſet *Non eſt poteſtas niſi à Deo*; ſubdit. *Quæ autem ſunt à Deo ordinata ſunt.* Quo in loco non eſt tantum ſermo de ordine ad viuendum rectè beateq; Sed de ordine inter ſe, vt vna ordinetur alteri, ſicut docet D. Thomas, exponens hec verba dicens. *Secundo ponit quod ea quæ ſunt à Deo, ordinata ſunt, eius ratio eſt, quia Deus omnia per ſuam ſapientiam fecit, ſecundum illud pſ. omnia in ſapientia feciſti, eſt autem proprium ſapientiæ ordinate omnia diſponere Sap. 8. Attingit à fine, vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter & ideo oportet effectus diuinos eſſe ordinatos Iob. 38. Numquid noſti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra? Duplicem autem ordinem Deus in ſuis effectibus inſtituit, vnum quidem, quo omnia ordinantur in ipſum*

prouerb. 16. Vniuerſa propter ſe met ipſum operatus eſt Deus ; Alium verò quo effectus diuini ordinantur adinuicem, ſicut dicitur Deutero. 4. De ſole, & luna, & ſtellis quod fecit ea in miniſterium cunctis gentibus. Hec ille. Ex quibus apparet manifeſte vterque ordo ex verbis Apoſtoli, ergo poteſtas ſpiritualis, & temporalis ſunt ſubordinatæ,non ſpiritualis temporali, quoniam hoc manifeſtè rationi repugnat, nec aliquis catholicus vnquam dixit, neq; diceret,ergo temporalis ſubordinatur ſpirituali & ſic à primo ad vltimum ab illa dependet. Quod poteſt confirmari. Nam inferiora vt inferiora ſunt, eo hactenus conſeruantur, & perficiuntur, quatenus ſub ſunt ſuperioribus ſuis ita terreſtia a cœleſtibus perficiuntur, vt ex minima variatione in illis Confuſio appareat in hiſce inferioribus liquet in ſolis defectibus. Quod optimè oſtendit Nazianzenus in prima oratione de pace inferens propterea tunc benè actum Hebreis,cum Deo tanquam ſuperiori fuere ſubiecti. Immo Ar. probat ignobilioribus melius fore, ſi ſubijciantur ſuis ſuperioribus, & Chriſtus ipſe hoc docet, nam cum ex præſtantia rerum, eas quærendas inſinuaſſet, & multis ſuperuacaneam ſolicitudinem reprobaſſet, ait. *Quærite primum Regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hec omnia adijcientur vobis:* quibus pollicet Chriſtus loco premij, vt temporalia tribuant ſi primo queratur Regnum Dei, iuxta nimirum conditionem perſonæ. Nam cum ex præſtantia ordinis res appetendas dixiſſet Chriſtus, & præſtantius eſſe corpus quàm externa, animam quàm corpus, concluſit. Querite primum Regnum Dei &c. Itaquè ex hiſce verbis cæleſtia omnibus eſſe anteponenda docent Patres,Clemens Alex: lib: 4. pedag: Origenes humil; ſecunda in capite 2. Num. Griſoſt: homil 29. in Gene: & 3. in Math. Baſilius in conſtit. monas. cap. 1. Cyprian. in oratione Dominica Hilar: incomẽt:in Math:& alij.Ex quibus omnibus colligitur, quod & ſi omnia creata dependeant à Deo immediatè ratione ſuppoſiti, & cauſæ, cum Deus ſi vbiquè vt inquiunt Theologi per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, tamen quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt per medios & interiectos fines vſque ad vltimum finem,externa, propter corpus,corpus propter animam,anima propter Deum. Sic igitur totus homo,& ſecundum animã,& ſecundũ corpus conſtituendus eſt ſub vltimo fine Deo. Cũ igitur temporalia ſint propter ſpiritualia,& ad ipſa ordineatur,ſequitur quod poteſtas temporalis erit ſub ordinata ad poteſtatem ſpiritualem.

Additur ad hec quod Princeps ſecularis in ſuo regimine magis

diri-

dirigere debet temporalia, & cuncta ad Deum; felicitatem Reipublicæ, quàm ad cetera; hoc probatur, quoniam Regis poteſtas à fine Reipub: menſuratur. Finis autem Reipublicæ eſt felicitas, quæ in Deo eſt, tamquam in vltimo fine, eſt enim in ea re, ſiue in eo obiecto, quod per ſe ſolum appetit, cætera omnia gratia illius. Ideo dicebat Aug. *Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te*, Immo id habetur, ex. Ariſt. lib. 3. Polit. cap. 6. inquiente. *Finis eſt igitur ciuitatis bene viuere, illa vero gratia finis, ciuitas autem eſt generum pagorumq; ſocietas vitæ perfectæ, ac perſufficientis, hoc eſt vt diximus benè & beatè viuere* Hec ille; ſed quis bene beateq; viuit, vt Deo fruatur ergo Deus eſt finis felicitatis Reipublice. Et lib. 1. eth. cap. 1. apertius hoc dicebat. *Si igitur agibilium finis quiſpiam eſt, quem propter ſe ipſum velimus; alia verò propter illum, nec omnia propter aliud optamus; nam ſic in infinitum eſt etiam progreſſus vanaq; & ſtulta reſultaret cupiditas manifeſtum eſt, id eſſe ſummum bonum, & optimum*. Hec ibi Ariſt. Idem docet cap. 2. & lib. 10. cap. 7. igitur a primo ad vltimum poteſtas temporalis ſpirituali erit ſubiecta.

Preterea illæ poteſtates diuino iure ſunt ex omni parte ſub ordinate, quarum fines ita ſunt ſubordinati, ſed proprius finis poteſtatis temporalis eſt tali modo, ſempe iure diuino fini ſacræ & ſpiritualis poteſtatis ſubordinatus, ſiue ſubiectus, ergo inter ſe ſunt ſubordinatæ. Maior habetur ex Ariſt. lib. 1. Eth. cap. 1. & 2. vt dictum eſt Poteſtates enim totę limitantur à fine; minor verò oſtenditur, quia poteſtas temporalis, vt ipſa de nominatio preſefert, & ſi temporalia ad ſpiritualia dirigere debeat, tamen ex ſua propria vi non ſe extendit, niſi ad aliquod temporale, ex officio ſuo ad aliquod bonum corporis inducens, & ad pacem temporalem, ex officio procurandam. At corporale, & temporale in homine iure naturali, quod eſt diuinum, eſt propter animi bona; ſeù felicitatem, cuius gratia naturali inclinatione omnia agit, adeò vt non poſſit nō appetere fœlicitatem, teſte D. Thoma p. 2. q. 5. art. 8. ad 2. q. 10. art. 2. q. 13. art. 6. Quare q. 21. art. 4. ad 3. dicebat. *Homo non ordinatur ad communitatem politicam ſecundum ſe totum, & ſecundum omnia ſua & ideò non oportet, quod quilibet actus eius ſit meritorius, vel demeritorius per ordinem ad communitatem, ſed totum quod homo eſt, & quod poteſt, & quod habet ordinandum eſt ad Deum.* Hec ille. Poteſtas igitur temporalis ſacerdotali erit ſubordinata cū fines earum ſint ſibi ad inuicē ſubordinati.

Accedit ad hec quod corpus eſt omnino gratia anime ergo poteſtas

ſtas ſecularis, & temporalis eſt gratia potētię ſpiritualis, & illi ſubordinatur Antecedens eſt notum, & manifeſtum ſecundum omnem bonam philoſophiam cum materia ſit gratia formæ anima autem eſt forma corporis. Conſequentia vero probatur. Nam cum diſtinctio ſumenda ſit ex materia propria, ſeu ex fine rei proximo. Hinc eſt quod Patres recte diſtinguentes voluerunt principem ſecularem circa corpus verſari, ſacerdotem vero circa animā non quod non verſetur, etiam circa corpus ſacerdos, cum animam non abſtractam à corpore, ſed in corpore regendam ſacerdos acceperit, à qua corpus ſuum eſſe recipit & omnem operationem. Et ideò omnis temporalis poteſtas eſt in ſacerdote, ſed quia ſecularis per exercitium circa corpus, & externa ſolum verſatur, & ſacerdos præcipuè circa animam, potentia enim à re nobiliori, & à ſupremo gradu denominatur; teſte Ariſt. lib. 1. de cælo tex: com: 116. Ita homo rationalis dicitur, quamuis ſit ſentiens, vegetens, & ſimilia. Vnde Clemens Romanus Papa 1. lib. 2. conſtitut: Apoſtolicarum cap. 34. comparans ſacerdotes antiquæ legis, & nouæ ad Reges dicebat. *Si quidem ille militaria tantum adminiſtra bello, & pace ad cuſtodiam corporis ſuſceptis, hic vero ſacerdotium ad Dei honorem adminiſtrat, vt pericula ab anima, & corpore propulſet.* Hæc ille. Etiam Gryſoſt. lib. 3. de ſacerdote inquit. *Habent terreſtres Principes vinculi poteſtatem, verum corpus ſolum; id autem quod dico ſacerdotium vinculum, ipſam etiam animam pertingit; Eadem docuit homil. 4. & 5. in ea verba* Vidi Dominum, & himil. 15. in cap. 7. 2. epiſtolæ ad Cor. Idem docuerunt alij Patres, & Theologi.

Altera ratio addi poteſt. Quoniā quando ſunt aliqua duo, quorum vnum dependet ab alio per modum cauſę efficientis, formalis, & finalis, hoc eſt illi omni ex parte ſubiectum, & ſubordinatum, ſed poteſtas temporalis dependet à ſpirituali per modum cauſæ efficientis, formalis, & finalis, igitur eſt illi omnino ſubiecta, & ſubordinata. Maior propoſitio eſt euidens, quattuor enim tantum ſunt genera cauſarum, vt ateſtatur Ariſt. & omnis ſcola Peripateticorum lib. 2. Phy: & alibi ſepè, efficiens ſilicet formalis, finalis, & materialis, ad quas cætere reducuntur, quare non poteſt eſſe maior dependentia; & illud quod ab alio dependet, ſemper debet aliquo modo eſſe diſtinctum ab illo, à quo dependet, & illud quod dependet, eſt cauſa materialis. Probatur minor propoſitio quod videlicet poteſtas temporalis dependeat

B à ſpi-

à ſpirituali in genere cauſe efficientis formalis,& finalis.

Nam, vt docet Ariſt.lib.1: phij: tex 2. & 1. de anima tex: 11. nos non inueſtigamus naturas rerum niſi per operationem earum nulla autem eſt operatio, quæ normam ab aliqua re ſpirituali non sũmere debeat; cum temporalia ſint propter ſpiritualia, & ad ea ordinata, vt ſupra oſtensũ fuit, tamquam ad vltimum terminum, quare ſecundum eſſe à rebus ſpiritualibus tota dependent, à quibus accipientia regulam; finem & formam accipiunt. Cùm vero poteſtas ſpiritualis verſetur circa ſpiritualia, veluti circa proprium obiectum, idcirco illius erit per ſpiritualia poteſtatem temporalem mouere, dirigere, & inducere ad illa, quare per modum cauſæ efficientis ſe habebit, tùm etiam quia idem eſt principium, quo res in ſuo eſſe conſtituitur,& operat, ergo ſi eſt preſcribere formam poteſtatis, ſpiritualis, & propterea conſtituitur in ſuo eſſe morail per illam poteſtas temporalis; per illam etiam operabitur.

Hinc D. Thomas lib. 3. de regimiae Principum cap 10. adhoc propoſitum dicebat. *Cùm ſummus Pontifex ſit caput in corpore miſtico omnium fidelium Chriſti, & à capite ſit omnis motus & ſenſus in corpore, ſic eſt in propoſito, propter quod oportet dicere in ſummo Pontifice eſſe plenitudinem omnium gratiarum; quia ipſe ſolus confert plenam indulgentiam omnium peccatorum, vt competat ſibi quod de ſummo Principe Domino dicimus, quia de plenitudine eius omnes nos accepimus. Quod ſi dicatur ad ſolam referri ſpiritualem poteſtatem; hoc eſſe non poteſt, quia corruptibile, & temporale ex ſpirituali, & perpetuo dependet, ſicuti corporis operatio ex virtute animæ, ſicut enim corpus per animam habet eße, virtutem, & operationem (vt ex verbis Philoſophi, & Auguſtini de immortalitate animæ patet) ita temporalis iuriſdictio Principum per ſpiritualem Petri, & ſucceſſorum eius.* Hec Sanctus Thomans affirmans poteſtatem principium terrenorum, à Petri, & ſucceſſorum eius auctoritate, & iuriſdictione dependere, ſicut ab anima dependet corpus, a qua dependet ſecundum eſſe, & ſecundum virtutem, & operationem. Alludit enim D. Thomas ad dictum illud Ariſt. lib. 1. de anima tex: com: 36. quo in loco Ariſt: corpus ab anima in triplici genere cauſæ dependere affirmat, & lib. 2. tex com: 21. inquit. *Anima eſt principium, quo uiuimus, mouemur, ſentimus, intelligimus; & ſumus.* Poteſtas igitur temporalis à ſpirituali depẽdebit, & quò ad eſſe, & quò ad operationẽ.

Quapropter Iuo. Carnut: ſcibens ad Regem Anglorum. *Regnum inquit, terrenum cæleſti Regno, quod eccleſiæ comiſſum eſt, ſubditum eſſe de-*

bere ſemper cogitetis, ſicut,inquit, enim ſenſus animalis ſubditus debet eſſe rationi, ita poteſtas terrena ſubdita eſſe debet eccleſiaſtico regimini, & quantum valet corpus, niſi regatur, ab anima tantum Valet terrena poteſtas niſi informetur & regatur eccleſiaſtica diſciplina, & ſicut pacatum eſt Regnum corporis cum iam non reſiſtit caro ſpiritui, ſic in pace poſſidetur Regnum mundi cum iam reſiſtere non valet,Regno Dei. Hęc ille. Eadem ratione idem docent Patres illi, ſiue Greci ſint, ſiue latini, qui circa animam poteſtatem ſpiritualem verſari, temporalem verò circa corpus affirmant, vtiuſq; poteſtatis officia diſtinguentes, procul enim dubio animæ (vt dictum eſt) omni ex parte corpus eſſe ſubiectum, vt ex Philoſophis, & Patribus manifeſtum eſt, & hæc ratio ſi rectè præpendatur concludit poteſtatem temporalem ſpirituali eſſe ſubiectā, & ſubordinatā cùm iure naturę corpus animę ſubiiciatur.

Hugo de ſancto Victore lib. 2. de ſac. fidei par. 2. cap. 3. cùm dixiſſet quod poteſtas temporalis verſatur circa corpus, ſpiritualis verò circa animam ſubdidit de ſpirituali. *Inſtituere habet terrenam poteſtatem vt ſit, & deiudicare an bona, vel mala ſit.* Si habet inſtituere, igitur, eſt cauſa efficiens, ſi deiudicare an bona, vel malæ ſit, ergo ad ipſam ſpectat confirmatio vel reprobatio; quia ſi eſt bona, confirmat,ſi eſt mala, iudicat, atq; cōdemnat; ſicuti etiam habetur diſt. 22. cap. ſacro ſancta, Idem ex verbis Hugonis iam allatis docuerunt Bonifacius 8. in extrauaganti *Vnam ſanctam*, & omnes canoniſtæ cum eo Alexand: Alenſis in canon: Miſſæ, & Egidius Romanus de poteſtate eccleſiæ par: 1. cap: 3. Quod autem poteſtas Papæ Imperatorem inſtituat, patet extra de Elect. cap. Venerabilem; vbi dicit Innon. 3. *Verum illis Principibus ius, & poteſtatem elligendi Regem in Imperatorem poſt modum permouendum recognoſcimus, vt debemus ad quos de iure, ac de antiqua conſuetudine noſcitur pertinere, præſertim, cum ad eos ius, & poteſtas huius modi ab Apoſtolica Sede peruenerit.* Hæc ille. Ex quibus manifeſtum eſt,à ſancta ſede Apoſtolica Electores Imperij illam dignitatem, & poteſtatem habere. Gregorius enim Papa quintus,cum eſſet Saxonus ipſis illam conceſsit. Quod confirmat Hoſt: in commt: illius cap. Aluarus Pelagius lib. 1. de plancta eccleſiæ art: 41. Blondus Decade 2. lib. 3. Nauclerus generatione 34. Platina in vita Gregorij Quinti, immò Magdeburgenſes centur: 10. cap. 10. Nec dicendum eſt, hoc tyrannice factum fuiſſe magna enim iniuria eſſet Principibus illis, & Eccleſiaſticis, & ſecularibus. Ergo iuridicè, ſi iuridicè

B 2 neceſ-

neceſſe eſt fateri Authoritatem eligendi, & inſtituendi Imperatorem à Sancta Sede Apoſtolica emanaſſe, & quod Papa inſtituat Imperatorem, exemplo probat ibi tex. Nam Sedes Apoſtolica Imperium Romanum in perſonam Caroli Magni à Græcis tranſtulit in Germanos. Quæ inſtitutio facta eſt à Leone 3. Sūmo Pōtifice, qui in Baſilica Beati Petri in die Natalis Domini poſt ſolemnia ſacra Carolo optimè de Eccleſia Dei merito aliquam gratiam relaturus, cū Rex eſſet Italiæ Populi Romani ſcito, ac precibus ipsū Carolum magna voce Imperatorem decernit, ac diademate donat, vt in vita, & geſtis ipſius Leonis teſtantur hiſtoriæ. Hinc patet error glo: & multorum aliorum, qui illam ſequuntur dicentium hanc inſtitutionem factam fuiſſe à Stephano 2. licet verum ſit, ipſum Stephanum, cū Romanus, eſſet & agros Romanos Aſtulphus Longobardorū Rex deuaſtaret, Pipinum Caroli patrē tāquam Eccleſię miniſtrū in Italiam euocaſſe, & contra dictū Regē oppoſuiſſe. Qui Pipinus depoſito Ludouico per Zachariā Papam, in Francorū Regem ab eodem Pontifice inſtituitur, vt patet per cap. Alius. 15. q. 6. vbi Gelaſius Papa Imperatori Conſtantino, ita ſcribit. *Alius item Pontifex Zacharias. ſ. Regem Francorum, non tam pro ſuis iniquitatibus quàm pro eo, quod tātæ poteſtati erat inutilis, à Regno depoſuit & Pipinum Caroli Imperatoris patrem in eius loco ſubſtituit. Omnesque Francigenas à iuramento fidelitatis abſoluit.* Nec in rei veritate aduerſarius poteſt negare hanc translationem fuiſſe legitimam, cum omnes Chriſtiani ſemper ipſum Crolum, & ſucceſſores pro veris Imperaoribus habuiſſent, & Græci Imperatores, & Perſe ad dictum Carolum Legatos miſerunt & tamquam verum Imperatorem ſalutauerunt vt Ioannes Zonaras, Cedren. Ado, Otho Friſingenſis, & alij hiſtorici ſcripſerunt. Nec fabulæ iſtius Authoris in propoſitione tertiā hanc translationem non fuiſſe factam à Sede Apoſtolica, aliquid faciunt, cum hæc translatio verè facta fuit à Leone I I I. Summo Pontifice, ſicuti Doctiſsimus Dominus Cardinalis Bellarminus lib. 1. de translatione Romani Imperij contra Illiricū diffuſiſsimè probat. Alex. 3. Summi: Pont. Federicum Ancobarbam Anathemathæ damnauit, & Imperio priuauit; deinde in inclita Venitiarum vrbe Imperium illi reſtituit. Scribunt quoquè Blondus, & Platina in vitā Alex. 3. quòd Emanuel Græcorum Imperator cum audiſſet anguſtias, quas Pontifex ab Imperatore paſſus fue-[illegible]rat, at-

rat, argentum, & aurum, & quodlibet aliud auxilium Pontifici obtulit ſi Imperium Occidentis, Græcis Imperatoribus reddere vellet, Cui reſpondit Pontifex, nolle ſe coniungere, quæ maiores ſui de induſtria, & optima ratione diuiſiſſent. At nulli dubium eſſe debet, quòd Emanuel à Pontifice poſſeſsionem Imperij non poſtulaſſet, quam armis, & bello acquirere neceſſarium erat, ſed titulum Imperij petijt. Quapropter ſi fuiſſet titulus ſine re, & inutilis tanto pretio eum emere velle Imperatorem non eſt exiſtimandum. Poteſt igitur Papa imperatorem inſtituere. Gregorius V I I. Henricum I V. Imperatorem ab omni regia adminiſtratione, & Imperio depoſuit, & Chriſtianos omnes Imperio ſubiectos à iuramento fidelitatis abſoluit, & alium Imperatorem eligi iuſsit. Innocentius 3. Othonem 4. ſimiliter depoſuit Inn. 4. in generali concilio Lugdunen. Federicum ſecundum depoſuit, cuius ſententia in cap. ad Apoſtolicæ de ſent. & re iud. in 6. habetur, & annis 28. Imperium vacauit vt Math: Palmerius in Cronico ſcribit. Clemens 4. Ludouicum quartum Imperatorem iam à Ioan. 22. & Benedicto 12. Summ. Pontif. excommunicatum eodem modo depoſuit. Et noſtris temporibus Gregorius 13. Eliſabeth. Angelorum Reginam depoſuit. Sixtus Quintus Henricum Borbon. Nauarræ Regem ſimiliter depoſuit, quem poſtea annis elapſis Clemens 8. cum Rex eſſet pœnitentia ductus ad gremium S. R. E. recepit; & Gallorũ Regno habilem adiudicauit, admiſit, approbauit, confirmauit. Poteſtas igitur. Imperialis, & regia à Summo Pontifice miniſterialiter dependet etſi à Deo principaliter. Hanc authoritatem cognoſcens, & admirans Beatus Auguſtinus in beato Petro Apoſtolo in quodã Serm. Apoſtolorum, qui incipit. *Fortis ac humilis* ſic ait. *O mira potentia, & ineffabilis gratia ſaluatoris. Quis plebeium piſcatorem Apoſtolorum crederet facilè principem & Regibus obſiſtere, Reges Sanctificare, regnis omnibus imperare, mundum refrenare legibus, Dæmones calcare pedibus?* Hæc ille, & D. Bernardus ad Eugenum Papam lib. 1. inquit. *Habet hac infima terrena iudices ſuos Reges, & Principes terræ. At poteſtas ſpiritualis circa ſuperiora verſatur, ſua enim iuriſdictione pro conſeruanda ipſius Chriſti corporis miſtici vnitate, omnibus Regibus, & Principibus poteſt mandare, atque precipere, bellantes iudicare, delinquentes corrigendo iuribus quæ ſuis (ſi neceſſe fuerit) priuare & alios in loco*

ipſorum inſtituere. Hæc Bernard. Poteſtas igitur temporalis eſt ſubiecta ſpirituali, & ab illa dependet licit miniſterialiter & ſecundariò, à Deo autem principaliter; Sed videamus probationes iſtius Authoris, quibus perſuadere conatur Principes ſæculares immediatè poteſtatem à Deo habere.

Authore.

La Dottrina non è mia, è dell' Apoſtolo San Paulo nell'epiſtola alli Romani nel cap. 13. anzi, è dello Spirito Santo, che con la bocca di lui parlò, & con la penna di lui ſcriſſe: le parole dell' Apoſtolo ſono queſte. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non eſt.n. poteſtas niſi à Deo.

Reſponſio.

Ex his verbis Apoſtoli ad Romanos cap. 13. duo probare intendit Author iſte, vnum ex verbis illis. *Non. n. eſt poteſtas niſi à Deo*; per hæc enim verba propoſitionē probare intendit videlicet Principes ſæculares à Deo immediate poteſtatem habere. Alterum eſt ex verbis illis, *omnis Anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*. Ex his namque vnà cum expoſitione D. Gryſoſt. & multis alijs, vt infra patebit, probare conatur Clericos Principibus ſæcularibus eſſe ſubiectos in criminali ſaltem vt manifeſte ipſe dicet.

At quantum ſpectat ad primum videlicet. ad propoſitionem principalem à nobis impugnatam, dictum Apoſtoli non probat intentum ipſius. Quoniam & ſi omnis poteſtas ſit à Deo principaliter non tamen omnes poteſtates ſunt à Deo immediatè, ſed ſolum poteſtas Papalis eſt à Deo immediatè, aliæ verò ſunt à Deo mediante Papa, vt probatum eſt, Quod expreſsè colligitur ex D. Gryſoſt. loco etiam ab aduerſario allegato vbi ita loquitur. *Non eſt poteſtas niſi à Deo Quid dicis? omnis ergo Princeps à Deo conſtitutus eſt? Iſtud, inquit, non dico. Neque de quouis Principum ſermo mihi nunc eſt, ſed de ipſa re. Quod enim Principatus ſunt, quod hi quidem imperent illi verò ſubiecti ſunt, quodque non ſimpliciter temereeuncta ferunner? Propterea non dicit. Non enim Princeps eſt niſi à Deo, ſed de re ipſa diſſerrit dicens Non enim poteſtas eſt niſi à Deo.* Hæc Gryſoſt Pro quorum verborum intelligentia obſeruãdum eſt quòd tria, in Principe conſiderare poſſumus, ſcilicet naturam humanam, poteſtatem, & modum habendi poteſtatem. Omnis Princeps ſecundum naturam eſt à Deo, oppoſitũ enim eſt error Manichæorum; ſecũdum poteſtatem quoque eſt à Deo, quia omnis poteſtas à Deo; ſecũdum modum verò habendi poteſtatem, non omnis Princeps conſtitutus eſt à Deo

eodem

eodem modo; quia ſolum Papa vtramque poteſtatem immediatè habet à Deo. Cæteri vero Principes habent vtique poteſtatem à Deo, ſed mediante Papa, vt probatum eſt, & hæc de propoſitione principali dicta ſufficiant.

Circa ſecundum quod Author iſte ex verbis Apoſtoli probare intendit. Clericos eſſe Principibus terrenis ſubiectos; conſiderãdum eſt quod duo intẽdit quòd ſcilicet Clerici in criminalibus ſubiecti ſint iudici ſæculari, quòd autem in ciuilibus à ſuis Prælatis iudicentur hoc habeant à Iuſtiniano Imperatore, vt ex verbis ipſius, quæ infra adducemus manifeſtum eſt. Hæc duo dicta igitur à nobis veniunt refellenda videlicet quod clerici ſubditi ſint præcipuè in Criminalibus Principibus ſæcularibus, & quòd à Iuſtiniano Imperatore priuilegium habuerint, vt in ciuilibus à ſuis Prælatis iudicentur Probabimus namque clericos de iure diuino non eſſe ſubiectos Principibus Sæcularibus; authoritate quoque ſacrorum Conciliorum, & Summorum Pontificum: Et quòd ſint de iure diuino exempti. Legitur in Pſalmo 104. *Nolite tangere Chriſtos meos &c.* vbi per Chriſtos, etſi ad litteram videantur intelligi Patriarchæ & Prophetæ, Intelliguntur etiam Sacerdotes; Chriſtus enim vnctum ſignificat, vt communiter exponitur, quare D. Gryſoſt: Homil. 17. in capit 7. Math. in opere imperfecto aiebat. *Qui perſequuntur Sacerdotes Dei, aut iniuriant eos, aut lædunt, plerumquè, aut infidales ſunt, quales ſunt gentiles, vel heretici, aut ſi ſunt Chriſtiani, ſordidi ſunt, & inſenſati, qui nec conſiderant, nec intelligunt, Sacerdotes Chriſti, vicarios eſſe Chriſti, & Chriſtum; & quoniam, qui honorat Sacerdotem Chriſti, honorat Chriſtum.* Hæc ille. Præterea afferri poteſt quod in Exod. & Leuit. ſcriptum eſt de Sacerdotibus, quod Deus elegit eos in obſequium ſuum & Deo oblati ſunt; & conſecrati, ac perinde non debent poteſtati ſęcelari eſſe ſubiecti. Ad quod etiam facit illud: Num: cap: 18. *Decimas, & primitias dedi filijs leui, vt ſeruiant mihi in altari.* In quo innuit Dominus ſe eos in ſuum ſeruitium elegiſſe, & per conſequens eos à ſeruitute aliorum hominum exemiſſe. Hinc Ioan. Papa 8. vt habetur in Cap. ſi Imperator. diſt. 96. inter cætera ait. *Non ſibi vindicet alienum ius, & miniſterium, quod alteri deputatum eſt, neque contra eum contendat abrompi à quo omnia conſtituta ſunt, & contra illius beneficia pugnare videatur à quo propriam conſequutus eſt poteſtatem; Nam legibus publicis non à poteſtatibus ſæculi, ſed à Pontificibus & Sacerdotibus Omnipotens Deus Chriſtia-*

næ,

næ religionis clericos, & ſacerdotes voluit ordinari, & diſcuti & recipi de errore remeantes: Hæc ibi. Vbi glo: inquit. *Ergo antequam eſſet aliqua conſtitutio etiam clerici non erant de iuriſdictione ſeculari; vnde omnes conſtitutiones quæ emunauerunt quod clerici non ſint iudicandi niſi ab Epiſcopis nõ ſunt niſi iuris declaratio.* Hæc illa. Quam ſequuntur comuniter Canoniſte. Hoc idem declaratum fuit à Boniſacio 8. vt legitur cap. *quamquam* de cenſibus in 6. *Cum igitur, inquit, eccleſia, eccleſiaſticæq; perſonæ, ac res ipſarum non ſolum iure humano quinimo, & diuino à ſecularium perſonarum ſint immunes exactionibus.* Hæc ibi, & gloſa ibid: Quas gloſas ijſdem in locis ſequuntur comuniter Canoniſte. Card. in repe cap. perpend: 7. oppo: de ſent. excom. Roma: ſingul. 419. Abb. Fel & Dec. 2. col. in cap. Eccleſia Sanctę Marie de conſtit: Rota in antiquis 84. & in antiquioribus 2. tit. de conſuet. Ab. in cap. At ſi clerici de iud: Aufid: in clemen: prima de offic. ordin: verſic: ad quæſtionem; Eandem ſententiã eſſe communem dicit Alciat. in cap. cum non ab homine num. 2. de iud. Fel. in cap. 2. col. 1. de maior & obed. Rochus cur: in cap. vlt: de conſuet: Abb. ſicul col. 4. Rebuff. in concordatis innot. de protectione. Hanc ſequitur ſyl: verbo Clericus 1. num. 5. Aug. verbo clericus 14. qui allegat alios. Tabien ver. clericus 5. Boſſius tit. de pluribus violentijs num. 88. Clar: lib. 5. q. 36. num: p. & Io: Driedonius lib. 1. de libert: Chriſtiana cap. 9. Nec valet ratio illorum qui dicunt nihil affirmandum eſt, eſſe de iure diuino quod in ſacris litteris non habeatur, expreſſum, quia multa tenet Eccleſia eſſe de iure diuino per traditiones Apoſtolicas, & eccleſiaſticas, licet in ſacris litteris non habeantur expreſſe; quare Concilium Lateranenſe ſub Leone 10. ſeſſ. 9. in bulla reformationis curie circa finem inquit. *Et cum à iure tam diuino quam humano laicis poteſtas nulla in eccleſiaſticas perſonas attributa ſit, innouamus omnes, & ſingulas conſtitutiones ſelic. record. Boniſacij Papæ octaui &c. Nec non quaſcunque alias Apoſtolicas ſanctiones in fauorem libertatis eccleſiaſtiee, & contra eius violatores, quomodolibet editas & penis contra talia præſumentes in bulla, quod legitur in Cæna Domini contentis in ſuo rubore permanſuris.* Hæc ibi. Et Sacrum Concilium Trident: ſeſſ. 25. cap. 20. de refor: admonens Principes ſeculares inquit. *Confidens eos, vt catholicos quos Deus ſanctæ fidei Eccleſięq; protectores voluit, ius ſuum eccleſiæ reſtitui non tantum eſſe conceſſuros, ſed etim ſubditos ſuos omnes ad debitum erga clerum, parochos, & ſuperiores ordines reuerentiam reuocatores, nec permiſſuros vt officiales aut*

inſe-

inferiores reuerentiam reuocatores magiſtratus Eccleſiæ & Eccleſiaſticarum perſonarum immunitatem, Dei ordinatione Canonicis ſanctionibus conſtitutum aliquo cupiditatis ſtudio, ſeu inconſideratione aliqua violent. Hæc Concil. Trid. ex quibus omnibus manifeſtum vnicuique eſſe poteſt immunitatem Eccleſiaſticam reſpectu perſonarum, & bonorum eſſe de iure diuino.

Clericos à iudicibus ſæcularibus iudicari non poſſe nec debere ex Authoritate quoque Sacrorum Conciliorum eſt manifeſtum. Quapropter in Concilio Romano ſub Syluestro Papa, & Conſtantino Magno ſancitum fuit. *Nulli omnino clerico cauſam quamlibet in publico examinare, nec ullum Clericum ante iudicem ſæcularem ſtare.* Hoc ibi. In Concilio Mileuitano can. 19. quod etiam refertur 11. q. 1. cap: placuit, ſic diffinitum fuit. *Placuit, ut quicunque ab Imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petierit honore proprio priuetur, ſi autem Epiſcopale iudicium ab Imperatore poſtulauerit nihil ei obſit.* Hæc ibi. In Concilio Chalcedonenſi Act. 15. can. 9. habetur. *Si quis Clericus aduerſus clericum habet negotium non deſerat proprium Epiſcopum, & ad ſecularia percurrat iudicia.* Hæc ibi. In Concilio Agathenſi canon. 32. ſic conſtitutum fuit. *Clericum nec quiſquam præſumat apud ſæcularem iudicem Epiſcopo non permittente propulſare, ſed ſi pulſatus fuerit, non reſpondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio ſæculari proponere, ſi quis uero ſæcularium per aliam uiam Eccleſiam, aut clericum fatigare tentauerit, & conuictus fuerit, ab Eccleſiæ liminibus, & à catholicorum communione niſi digne pæniuerit coercecatur:* Hæc ibi. In Concilio Aurelianenſi 4. cano. 20. *Vt nullus clericus ſæcularium perſonarum prætermiſſo Pontifice, ſeu Propoſito Eccleſiæ quemquàm clericorum pro ſua poteſtate conſtringere, diſcutere audeat uel dãnare.* Hæc ibi. Hoc idem ſtatutum fuit in Matiſconenſe 1. c. 8. Tolet. 3. canon. 13 In Cõcilio Vormatienſe ſub Adriano 2. Papa can. 61. In Concilio Carthaginenſe 3. can. 8. & 9. ſcribitur. *Item placuit, ut quiſquis Epiſcoporum, præbiſterorum, & diaconorum, ſeu clericorum cum in Eccleſia ei crimen fuerit intentatum, uel Ciuilis cauſa fuerit commota, ſi relicto Eccleſiaſtico iudicio, publicis iudicijs purgari uoluerit, etiam ſi pro ipſo prolata ſententia, locum ſuum amittat, & hoc in criminali iudicio;* Idem in concilio Veneticocan. 9. & in multis alijs Concilijs idem ſtatutum fuit, quorum plurima ante Iuſtinianum celebrata fuerunt.

Ex Epiſtolis decretalibus, Summ. Pont. hæc eadem veritas oſtendi poteſt, & primo loco adſit Anacletus Papa, & mart. in pri-

ma ſua decretali omnibus Epiſcopis, & Chriſti fidelibus directa vbi ait. *Priuilegia enim Eccleſiarum & Sacerdotum Sancti Apoſtoli iuſſu Saluatoris intemerata & inuiolata omnibus decreuerunt manere temporibus, Leges Eccleſię Apoſtolica firmamus Authoritate, & peregrina iudicia ſubmonemus. Vna quoque prouintia tam iuxta Eccleſię quam iuxta ſæculi leges; ſuos debet iuſtos, & non iniquos habere iudices, & non externos niſi Apoſtolica ſedis huius decreuerit authoritas; quatenus quicumque cauſam habuerit apud ſuos iudices, iudicetur. Si autem Eccleſiaſticum fuerit apud Epiſcopos (interueniente primate) ſi quidem maior cauſa fuerit; ſi vero minor Metropolitano; ſi vero fuerit ſæculare apud eiuſdē ordinis viros iudicio tamen Epiſcoporum; ſi vero fuerint maiores cauſe, rite ad Sedē Apoſtolicā referātur.* Hæc ille. Et in 2. Epiſtola ad omnes Epiſcopos Italiæ ait. *Vnde liquet quod ſummi Sacerdotes .i. Epiſcopi à Deo ſunt iudicandi, non ab humanis, aut praue vitę hominibus lacerandi; ſed potius ab omnibus fidelibus portandi, & infra. Hęc & alia periculoſa conſiderantes Apoſtoli ſtatuerunt, ne facile commouerentur, aut lacerentur vel accuſarētur, Columnę ſanctæ Eccleſiæ, quæ Apoſtoli & ſucceſſores eorum non immerito dicuntur. Et paulo infra. Si autem aliqui eos priuſquàm hoc egerint, lacerare, accuſare, aut infeſtare præſumpſerit, excommunicetur, & minimè abſoluantur antequam per ſatisfactionem (vt iam dictum eſt) condignam egerint pœnitentiam, quoniam iniuria eorum ad Chriſtum pertinet cuius legatione funguntur.* Hæc ille. Ecce priuilegia Eccleſiæ, & clericorum iuſſu Saluatoris inuiolata debere permanere teſtatur homo Apoſtolicus. Si non licet Epiſcopos & clericos accuſare niſi facta fraterna correctione, quomodo licitū erit, illos iudicare? ſi lacerantes, & accuſantes excōmunicari debent, quanto magis qui eos ad iudicia ſæcularia compellunt, iudicant & pœnis corporalibus afficiunt? Idem docuit in tertia epiſtola decretali.

Alexander primus in ſua prima decretali ad omnes Orthodoxos agens de ijs, qui Sacerdotes accuſant; vel perſequuntur, vel carceribus, & ergaſtulis recludunt inquit. *Reiecistis mandatū Dei, vt ſtatuatis traditiones veſtras quid. n. aliud eſt reijcere mandata Dei quā priuato cōſilio iudicio humano nouis rebus cōſtituēdis liberius delectari? vnde, & alibi ſcriptum eſt. Ne trāſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerūt, patres tui, terminos indubitanter trāſgreditur qui ſtatuta Patrum poſtponit, atque confundit. Peruenit nāque ad conſcientiā Apoſtolicæ ſedis quod non nulli ſunt tam ſtolidi, qui dominica præcepta, & Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum ſtatuta minime obſeruant, & eos de quibus Dominus ait, Qui vos tangit, tangit pu-*

pillam

pillam oculi mei, non ſolum tangere minimè dubitant, ſed etiam perſequi non formidant, Et infra Relatum in ſuper eſt, quod quidam emuli Chriſti eiuſque Sanctæ Eccleſiæ inſidiatores Sacerdotes Dei ad iudices publicos accuſare præſumant, cum magis Apoſtolus Chriſtianorum cauſas ad Eccleſiam deferri, & ibidem terminari præcipiat. Taliter præuaricantes præuaricati ſunt in Deum ſuum, & non obediunt preceptis eius. & infra. *Nam ſi modo quiſquam Principis ſæcularis oculos laceraret, aut amoueret, eſſet reus criminis maieſtatis, an non? Profectò autem morti traderetur aut perpetua notaretur infamia. Si pro ſæculi poteſtatibus talia ab hominibus ſiunt; quid pro his fieri putatis, de quibus Dominus ait, Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei? Procul dubio, qui eos perſequuntur, & amouere nituntur iniuſte contra Apoſtolicam authoritatem perpetua notantur infamia, & exilio digni iudicantur finitimo & infra. His, & aliis fulti quam plurimis dominicis præceptis vitantes hominum proditiones, cum omnibus huius Sanctæ Sedis, quam Dominus caput totius Eccleſiæ conſtituit, membris talia fieri prohibemus, ne confundatur populus Domini in æternum nam & à prædeceſſoribus noſtris inhibitum legimus, vt nemo contriſtet Doctores neque accuſationes aduerſus eos ſuſcipiat.* Hæc ille. Pius primus in ſua prima decretali omnibus Eccleſiis directa aſſerit. *Sinè dubio, qui contra mandata Dei agit, peccat, & qui conſenſum præſtat erranti; quid enim prodeſt illi ſuo errore non pollui, qui conſenſum præſtat erranti? Oues enim paſtorem ſuum non reprehendant, plebs verò Epiſcopum non accuſet, nec vulgus eum arguat, quoniam non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum, neque ſeruus ſupra dominum, Epiſcopi autem à Deo ſunt iudicandi, qui eos ſibi oculos elegit nam à ſubditis aut praue vitæ hominibus non ſunt arguendi, vel accuſandi, aut lacerandi.* Hæc ille.

Fabianus Papa, & mart. Epiſtola, quæ eſt ad omnes Orientales Epiſcopos dicit. *Neque eos Sacerdotes debere vel poſſe, aut clericos accuſare qui rite Sacerdotes fieri nō poſſunt, nec ſui ſunt ordinis; quoniam ſicut Sacerdotes vel Reliqui clerici à ſæcularium & laicorum excluduntur accuſatione, ita illi ab iſtorum excludendi ſunt, & alienandi criminatione, & ſicuti iſti ab illis, ita, & illi ab iſtis non recipiuntur; quoniam ſicuti Domini Sacerdotum Segregata debet eſſe conuerſatio ab eorum conuerſatione, ita & litigatio, quia ſeruū Dei non oportet litigare & paulo infra; Si.n. in rebus ſæcularibus ſuum cuiuſque ius, & proprius ordo ſeruandus eſt, quāto magis in Eccleſiaſticis diſpoſitionibus nulla debet induci confuſio? Quod iſta obſeruatione obſeruabitur, ſi nihil poteſtati; ſed totum equitati tribuitur Vnde conſtat Epiſcopos locorum ſingulorum omnium, qui ſub eorum degunt moderamine*

curam habere ſolicitam, & cauſas, vtilitas eorum cum Dei timore diſponere, valde ergo iniquum eſt vt alij, quilibet omiſſis ſuis, ſe illorum cauſis admiſceant, ſed illi eorum vitam, & iudicium competenti, regulariq; debent moderamine diſponere, qui eos in ſacerdotium ordinant, & à quibus iam ordinati ſunt, quoniam vt lex loquitur (maledictus omnis eſt, qui transfert terminos proximi ſui, & dixit omnis Populus amen.) Hæc ille. Et quam aperte ait ſacerdotes reliquos quæ clericos iudicio epiſcoporum à quibus ſunt ordinati iudicandos &c. Et in 3. Epiſtola ſemper adiudicium epiſcoporum comprouincialium, ſi proprius iudex ſuſpectus fuerit, cauſam remittendam eſſe. Idem ſanciuit Felix primus in ſua decretali ad Paternnm epiſcopum. Gaius Papa in epiſtola ad felicem epiſcopum de hac re verba faciens aſſerit. *Primo quidem ſcias paganos, & hereticos non poſſe Chriſtianos accuſare, aut vocem eis infamationis inferre. Deinde nemo vnquam epiſcopum apud iudices ſeculares, aut alios clericos accuſare præſumat. Et ſi quis epiſcopus, præsbiter, aut Diaconus, vel quilibet clerici apud Epiſcopos (quia alibi non oportet à qualibet perſona quæ rite ricipiendo eſt) fuerunt accuſati, quicunque fuerit, ſiue ille ſit ſublimioris honoris, ſiue alius alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis aripuerit, nouerit probationis documenta ſe debere inferre.* Hæc ille.

Marcellinus in 2. epiſtola quæ directa eſt vniuerſis Epiſcopis Orientalibus ad huc clarius ſtatuit inquiens. *Quæcunque ergo contentiones inter Chriſtianos orte fuerint ad eccleſiam deferantur, & ab eccleſiaſticis uiris terminentur. Maior autem non poteſt à minore iudicari, nec Epiſcopi Pontifici à quo conſecrari probantur præidicium inferre vllum poſſunt, quod ſi præſumptum fuiſſe cognoſcitur viribus carere non dubium eſt, nec poſſe inter eccleſiaſtica vllo modo ſtatuta cenſeri. Clericum vero cuiuslibet ordinis abſque Pontificis ſui permiſſu nullus præſumat ad ſeculare iudicium attrahere, & infra ſubdit. Non licet ergo Imperatori, vel cuiq; piatatem cuſtodienti aliquod contra mandata diuina preſumere nec quicq̃, quod Euangelicis, Propheticiſq; & Apoſtolicis regulis obuiat; agere. Iniuſtum enim iudicium, & diffinitio iniuſta regis metu, vel iuſta à iudicibus ordinata non valeat, nec quicquam quod contra Euangelicæ, vel propheticæ, aut Apoſtolice doctrine conſtitutionem, ſucceſſorumue eorum, ſiue ſanctorum Patrum actum fuerit, ſtabit.* Hæc ille. Apertiſſime dicens Imperatorem aliosq; ſeculares Principes non poſſe quicquam agere contra ſtatuta Eccleſiaſtica. Idem docuit Melchiades papa in ſua epiſtola ad epiſcopos Hiſpaniæ. Idem docuit Iulius primus in epiſtola ad Orientales

Epi-

Epiſcopos pro cauſis Athanaſij. Idem in reſcripto ad eoſdem. Idẽ Felix 2. in reſcripto ad Concilium Alexandrinum. Leo primus epiſtola 94. ad epiſcopos, & præsbiteros intra Thraciam conſtitutos ait. *Tanta ſeculi poteſtates circa ſacerdotalem ordinem reuerentia præualuere, etiam ſi quos ſub Imperiali nomine terris diuina potentia preeſſe præcepit, vt ius diſtinguendorum negotiorum Epiſcopis ſanctis iuxta diualia conſtituta permiſerint. Quod cum, & iuris antiqui formulis, & illibatis frequentius ſit legibus confirmatum præſenti tamen tempore à pleriſq; inuenimus fuiſſe calcatum. Nam prætermiſſo ſacerdotali iudicio paſſim ad examem ſeculare tranſicre. Quocirca nobis viſum eſt, vt hanc. & ſacræ legis, & noſtri ordinis contumeliam, & ad præſens vleiſceretur plena diſtrictio, & obſeruandam formulam conſtitueret infuturum. Cenſemus itaque, vt quicumque prætermiſſo ſacerdote Eccleſie ad deſceptationem venerit ſecularium, ſacris, liminibus expulſus à celeſti arceatur altario, neque vllus poſt hanc diffinitionem, quam comuni ſedet arbitrio, quicquam ſibi vltra perſcriptũ vendicare nitatur. Quod ſingulos vniuerſoſq; volumus agnoſcere, vt quod pleno iuſtitie, & iuris ordine conſtitutum eſt, effectum totius firmitatis in omnibus clericorum negotijs ſortiatur.* Hæc ille oẽs iſti Pontifices Iuſtinianũ præceſſerunt.

Pelagius 2. Benegeſto, Defenſori, ante iudicem Ciuilem clericos non eſſe accuſandos inquit. *In ijs vero negotijs in quibus eccleſiaſtici officij perſona pulſatur totius ſub moto pulſationis obſtaculo ad epiſcopi, vel præsbiterorum occurrat indiferenter examen; Et ad ſergium. Si quis Laicus Clericum cuiuſcunque gradus duxerit eſſe pulſandum ad Epiſcoporum indicium in eadem Ciuitate, vel Territorio conſtitutorum proponat eas, quas ſe habere exiſtimat actiones.* Hæc ille.

Multi quoque alij Sum. Pont. conſtitutiones de hac re edidere, quas breuitatis gratia omitto. Ex quibus omnibus manifeſtiſſime apparet falſitas horum dictorum, quod videlicet Iudices ſeculares, & laici Principes, clericos punire poſsint, & hoc priuilegium habuerint à Iuſtiniano Imperatore, vt à ſuis prælatis in ciuilibus iudicentur retento tantum ſibi, vt ab ipſo, vel ſuis iudicibus iudicentur in Criminalibus.

Nam vt ex allegatis apparet antequã Iuſtinianus in uitam ederetur. Clerici, & inciuilibus & incriminalibus ab epiſcopis, vel eorum Vicarius, ſiue à Synado, vel à quocunque alio iudice eccleſiaſtico iudicabantur.

Locus vero Pauli ad Romanos cap: 13. ab aduerſario adductus non obſtat. Apoſtolus enim indefinite loquitur, quod videlicet om-

nis

eius, ſicut etiam exponunt Patres. Immò ex hoc monſtrabimus nos vtramque poteſtatem in Summo Pontifice reſidere in confutatione aliarum propoſitionum iſtius Auctoris.

Autore.

Et nella primitiua Chieſa non vi fù la diſtinctione del foro, percioche Iuſtiniano Imperatore fù il primo, il quale à petitione del Veſcouo di Conſtantinopoli, conceſſe à gli Eccleſiaſtici, che nelle cauſe Ciuili poteſſero eſſere giudicati dal ſuo Prelato, Ipſo tamen non impedito, nel qual caſo, & nelli delitti criminali laſcia che gli Eccleſiaſtici ſiano ſuggetti al Principe, & alli miniſtri del Principe temporale, come chiaramente ſi legge nella nouella conſtitutione 85. di Iuſtiniano Imperatore.

Reſponſio.

Quam falſiſsimum ſit quod ait. Auctor, iſte videlicet in primitiua Eccleſia fori diſtinctionem non fuiſſe à nobis monſtratum eſt; & quando, inquit, Theodoſium & Iuſtinianum Imperatores, multas leges de rebus & perſonis eccleſiaſticis tuliſſe; Reſpondemus quod etſi Imperatores, & Reges in fauorem Eccleſiæ, leges, & decreta condere poſsint; non tamen condere poſſunt leges contra fidem, contra bonos mores; nec contra libertatem Eccleſiaſticam; etſi de facto condant ſubditi obedire non tenentur. Hinc D. Auguſt. ad Ianuarium epiſtola 118. & ſequenti aiebat. *Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur indifferenter eſt habendum, & pro eorum, inter quos viuitur, Societate ſeruandum*, Et D. Anſelmus exponens verba illa Apoſtolli ad Tit. c. 3. *Admone illos Principibus, & poteſtatibus ſubditos &c. dicit. Si bonum eſt quòd iubet Imperator, aut preſes, paratus ſit obedire iubenti, ſi vero malum eſt, & contra Deum, quod precipit, responde ei, quia obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Hæc ille leges ergo illę quæ facte ſunt de facto & non de iure procedunt; quare Principes ſæculares nullam in clericos habent poteſtatem. Illa itaque conſtitutio Iuſtiniani de facto reſeruabat clericorum iudicium criminale ſibi, vel prętori non autem de iure quamobrem tanquam iniqua à Federico 2. Imperatore reuocata fuit vna cum omnibus alijs quæ ſunt contra libertatem Eccleſiæ, vt in ſua prima conſtitutione manifeſtum eſt, ex verbis illis; *Sanè infidelium quorumdam, & iniuſtorum, adeò iniquitas abundauit, vt non dubitent Apoſtolicam diſciplinam, & Sacros Canones, ſtatuta ſua confingere contra Eccleſiaſticas perſonas, & Eccleſiaſticam libertatem*; Et paulo infra. *Statuimus vt nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali*

criminali vel ciuili trahere ad iudicium ſæculare præſumat, contra conſtitutiones Imperiales, & Canonicas ſanctiones; Ecce quomodo aperte Imperator iſte aſſerit conſtitutiones factas contra perſonam, & libertatem Eccleſiaſticam eſſe contra Apoſtolicam diſciplinam, & contra Sacros Canones. Immo ait eſſe ſtatuta infidelium quorundã, & iniuſtorum hominum. Poſt modum ſtatuit, vt executioni mandetur priuilegium illud, quod habent clerici de iure diuino, & Canonico, vt nullus videlicet præſumat ad iudicium ſæculare, nec in ciuilibus nec in criminalibus eos vocare, & protrahere. Baſilius quoque Imperator in oratione, quam habuit ad octauam Synodum generalem ſub Adriano 2. Summo Pontifice celebrata anno Domini 868. inter cætera hæc dixit. *De vobis autem laicis, tam qui in dignitatibus; quam qui abſolutè conuerſamini, quid amplius dicam non habeo; quam quod nullo modo vobis licet de Eccleſiaſticis cauſis ſermonem mouere, neque penitus reſiſtere integritati Eccleſiæ, & vniuerſali Synodo aduerſari, Hoc. n. inueſtigare, & quærere Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum eſt; qui regiminis officium ſortiti ſunt, qui ſanctificandi, qui ſoluendi, & legandi poteſtatem habent, qui Eccleſiaſticas, & cæleſtes adepti ſunt claues; non noſtrum, qui paſci debemus; qui ſanctificari, qui ligari, vel a ligamento ſolui egemus. Quantocunque enim religionis, & ſapientiæ laicus exiſtat, vel etiam vniuerſa virtute interus polleat, donec laicus eſt, ouis vocari, non deſinet.* Hęc ibi. Immo vt legitur apud Balſamonem in Nomo Canone Photij, in comment. Canonis primi Synodi Conſtantinopolitanæ 1. & 2. Idem Baſilius cauſam calamitatum eiuſdem temporis in quandam legem referrebat; quam Phoca prædeceſſor ſuus contra libertatem Eccleſiaſticam tulerat, inquiens; *Ex quo lex iſta robur habuit, nihil boni penitus hodiernam vſque diem vitæ noſtræ contigit, ſed potius econtrario nullum omnino genus calamitatis defuit.* Hæc ille. Quapropter legem illam tamquam iniquam & iniuſte latam omnino abrogauit, & irritam eſſe pœnitus voluit. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt conſtitutionem illam Iuſtiniani iniuſtam, & iniquam fuiſſe, & à ſucceſſoribus ipſius merito abrogatum fuiſſe ſic ait, glo. in cap. Si quis cum clerico 11. q. 1. & glo. in capit. continua ead. cau. & q. vt videri poteſt.

Autore.

Ne perche Conſtantino Magno Imperatore eſſendoli preſentati alcuni proceſſi contra le perſone Eccleſiaſtiche, diceſſe quelle parole. Vos à nemine iudicari poteſtis, quia ad Dei iudicium reſeruamini, come ſcriue il Gratiano in cap. fu-

cap. futurum 12.q. prima ſi caua da eſſe, che gli Eccleſiaſtici non ſiano ſoggetti al Principe ſeculare, poiche fù queſto vn ecceſſo di quell' Imperatore, dimoſtrar ſi verſo della Chieſa & benigno, e pio; ma non già perche coſi nel vero ſentiſſe; concio ſia coſa che, ſe quello, che diſſe Conſtantino fuſſe vero, ne anco gli Eccleſiaſtici potriano eſſer giudicati da ſuoi Prelati; dicendo Ad Dei iudicium reſeruamini. Il che ſaria vn grauiſſimo errore.

Reſponſio.

Quæ fuerint verba Conſtantini Magni Imperatoris; nunquam ſatis laudati, videri poteſt apud Ruffinum lib. 1. hiſt. cap. 2. inter cætera.n.inquit. *Deus conſtituit vos Sacerdotes, & poteſtatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi; & ideo nos à vobis recte iudicamur; vos autem non poteſtis ab hominibus iudicari; propter quod Dei ſolius inter vos expectate iudicium;* Hæc ille. Aduerſarius igitur noſter inquit hæc verba à Magno Conſtantino, pietate & Zelo in Eccleſiam dicta fuiſſe, non autem, vt in rei veritate ita ſentiret, rationem reddit; quoniam ſi quod dixit Conſtantinus verum eſſet, nec etiam Eccleſiaſtici à ſuis prælatis iudicari poſſent, cum dicat ille ad Dei iudicium reſeruamini; ſed allucinatur, nec aduertit quòd per Deum intelliguntur Prælati, & Sacerdotes ſicut exponit glo. *in cap. futuram 12.q. prima*, allegatum ab ipſo, ſic quoque exponit, *glo. in cap. continua. 11.q.1.* vbi eadem verba Conſtantini referuntur. & allegat. *c. Sacerdotibus ead. cau. & q.* vbi Gregorius Papa ſcribens Mauritio Imperatori oſtendit Sacerdotes à Regibus honorandos eſſe, cum paſsim in ſacris litteris & Dij, & Angeli ſint appellati, idem factum Conſtantini afferens nihil igitur concludit:

Autore.

Sono dunque tutti gli Eccleſiaſtici, & i ſecolari de iure diuino ſogetti al Prencipe ſecolare Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, & la raggione ſi, è perche ſi come niuno, è eccettuato dall' vbedienza, che ſi deue à Dio, coſi niuno, è eccettuato dalla vbidienza che ſi deue al Principe, perche come ſoggionge l' Apoſtolo omnis poteſtas eſt à Deo. Laonde dal Profeta Dauid i Regi, & Prencipi ſecolari ſono chiamati Dij, Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem eos diiudicat percioche come eſplica il Re Groſaffatte nel lib. 2. del Paralip. nel cap. 19. i Giudici ſecolari non hominum, ſed dei iudicia exercent. Queſto ſteſſo loco cita Chriſto, in ſan Gio. al cap. 10. Dei Prencipi ſecolari, come nota dottamente, il Cardinale Bellarmino al 3. capo del libro, che ſcriue de laicis.

Reſponſio.

Ad hæc facilis eſt reſponſio, oſtenſum eſt. n. Eccleſiaſticos exẽptos eſſe à iudicio ſæcularium de iure diuino, nec ratio concludit aliud, niſi quód ſicuti nullus exeipitur à Dei obedientia, ſic nullus ab obedientia Principis excipitur quotieſcunq. ſubditus ſit illi; Si autem non ſit ſubditus illi, obedire ei non tenetur; ſicut non tenetur ei obedire (etſi ſubditus ei ſit) quando aliquid contra fidem, vel Dei præcepta, vel bonos mores, vel Eccleſiaſticam libertatem præcipit; vt in ſuperioribus dictum eſt de mente D. Auguſt. & Anſelmi, & quando ait. Principes deos appellari. Dicimus id verum eſſe reſpectu ſæcularium, & ſuorum ſubditorum, ſicuti etiam Sacerdotes dij nuncupantur reſpectu laicorum, etiam ſi Principes exiſtant. Proinde D. Ignat. Epiſtola 6. quæ eſt ad Smirnen. primum honorem Deo, 2. Epiſcopo, 3. Regi deberi docet inquiens: *Ecce. n. homo*, inquit, & opera eius cum eo. *Sicut ſcriptum eſt, honora, inquit, fili Deum, & Regem. Ego autem dico honorate quidem Deum, & auctorem omnium, & Dominum; Epiſcopum autem tamquam principem Sacerdotum imaginem Dei ferentem, principatur quidem ſecundum Deum, Sacerdotium vero ſecundum Chriſtum; Et poſt hunc honorare oportet etiam Regem. Nemo. n. potior eſt Deo, neque ſimilis ei; neque Epiſcopo honorabilior in Eccleſia, Sacerdotiũ Deo gerenti pro mundi ſalute.* Hæc ille. aperte teſtificans Epiſcopum in Eccleſia honorabiliorem eſſe Rege, & ideo poſt Deum Epiſcopum honorãdum eſſe, deinde Regem. Gryſoſt. homil. 83. in Math: nedum Epiſcopos & Sacerdotes, verum etiam diaconos eſſe Rege maiores affirmat, dum de adminiſtratione Euchariſtiæ ipſum inſtruit dicens. *Si Dux igitur quiſpiam, ſi conſul ipſe; ſi qui diademate ornatur indigne adeat; cohibe, ac coerce maiorem tu illo habes poteſtatem; Et paulo infra: Idcirco vos Deus tanto voluit honore decorare, vt hoc diligentiſſime decernatis. Hęc eſt dignitas veſtra, hæc corona.* Hæc ibi. Idem docuit, lib. 3. de Sacerdotio. Idem docuit Ambr. lib. de dignitate Sacerdotali cap. 2. Gregorius Papa lib. 4. Epiſtola 31. ad Mauritium Imperatorem, vt ſupra dictum eſt Sacerdotes quoſdam Deos eſſe, & à Rege honorandos docet. Nicolaus quoque Papa huius nominis primus in Epiſtola ad Michaelẽ Imperatorẽ Sacerdotes eſſe Deos affirmat vſus authoritate D. Greg. ad Mauritium inquiens. *Sicuti ergo nos propter Deum etiam à non uera dicentibus iniurias nobis illatas equa nimiter ferimus. Ita quoque oportet pietatem ueſtram Sacerdotibus, qualeſcunque ſint propter eum,*

 cui de-

cui deſeruiunt, reuerentiam potius, quam iniurias exhibere; ſed debis iam cum Sancto Papa vobis loquamur Gregorio. Nam in diuinis eloquijs, Sacerdotes aliquando dij, aliquando Angeli uocantur. Hæc ille. Hoc idem ante eos ſcribebat Galaſius ad Anaſtaſium Auguſtum. *Itaque inter hæc ex illorum te pendere iudicio; non illos ad tuam uelle redigi uoluntatem.* Hęc ille. Sicut igitur Principes ſæculares dicuntur dij reſpectu ſuorum ſubditorum; ſic Sacerdotes reſpectu laicorum etiam ſi ſint Reges, & Principes; Et ſicut Reges dicuntur Dij, quia Dei iudicia exercent, ſic & Sacerdotes. Nam Deus iudicat laicos cuiuſcunque ſtatus & dignitatis per Sacerdotes, qui ſunt eius miniſtri; ſicut laicos & ſæculares priuatos per Reges, & Principes tamquam per ſuos miniſtros, & ſic nihil hæc ratio concludit.

Autore:

Segnita l'Apoſtolo & dice: qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit; ecco l'antorità, che hanno li Principi ſecolari di far leggi in ogni materia, & che oblighino ogni perſona conforme à quello, che ſi legge ne proverbij di Salomone, doue parlando Iddio, dice: per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt: Quindi è che li Chriſtianiſſimi Imperatori Iuſtiniano, & Theodoſio, nel Codice hanno fatte molte leggi appartenenti alle perſone Eccleſiaſtiche, & alli beni & diſciplina Eccleſiaſtica, ſotto li tituli de Epiſcopis, & cleri: de Sacro Sanctis, Eccleſiis Et c. A queſte leggi commanda l'Apoſtolo che ſi obediſca, & non ſi faccia reſiſtenza, poiche quelli, che faranno vna tal reſiſtenza ipſi ſibi damnationem acquirunt, cioe fanno peccato mortale, nel quale ſe moriſſero ſariano all'eterne fiamme dell'inferno condennati.

Reſponſio.

Ex his verbis deducit Auctoriſte, Principes ſæculares poteſtatem habere condendi leges, in qualibet materia, quamlibet perſonam obligantes, iuxta illud Prouerb: *Parme Reges regnant; & legum conditores iuſta decernunt.* Hinc ait Theodoſium, & Iuſtinianum Imperatores leges multas condidiſſe, concernentes perſonas, bona, & diſciplinam Eccleſiaſticam, vti patet in tit. De Epiſcop. & Cler. De Sacr. San: Eccl. Quibus quidem legibus obedire præcipit Apoſtolus ſub pœna peccati mortalis & eternæ damnationis. At in rei veritate neſcio videre quomodo hæc ratio concludit, & an valeat hæc cõſequẽtia qui poteſtati re-

D 2 ſiſtit,

ſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, ergo Principes ſeculares poteſtatem habent condendi leges in qualibet materia ligantes quamlibet perſonam ſub pœnā peccati mortalis. Hec enim conſequentia, nulla eſt. Nam etſi ſequatur, qui reſiſtit poteſtati; Dei ordinationi reſiſtit, & qui Deo reſiſtit peccat mortaliter. Non tamen ſequitur, quod Principes ſeculares facultatem habeant leges condendi in qualibet materia, quamlibet perſonam ligantes. Cum falſiſsimum ſit, Principes ſeculares poſſe condere leges de rebus eccleſiaſticis, de modo Baptizandi, vt clericos ducere poſsint vxorem, & ſimilia. Nec etiam, vt dictum eſt, leges condere poſſint contra fidem, contra diuina præcepta, contra bonos mores, & contra diſciplinam, & libertatem eccleſiaſticam, etſi de facto condant ſubditi eis obedire non tenentur, vt in ſuperioribus dictum eſt de mente ſanctorum Patrum. Quod vtique apparere poteſt ex his que adducit Auctor ex prouerbijs. *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt;* quaſi quod dicat diuina ſapientia. Reges iuſti qui per me regnant, ſecundum iuſtas leges, iuſta decreta faciunt, quando vero iniuſta decernunt, non ex me, ſed ex ſeipſis faciunt. Ad id quod additur de Theodoſio, & Iuſtiniano iam in ſuperioribus reſponsū eſt, nec alia eſt neceſſaria reſpōſio, cū hec friuola ſint. Immò D. Hieronimus, Beda, & Salonius locum hunc Prouerbiorum expoſuere de Apoſtolis, & ſacris poteſtatibus, quæ per ſapientiam reuelatam decernunt; Et vtique etiam de his, que ad iura nature, & bonos mores pertinent, cum in ſacris litteris contineātur, exponi poteſt. Et cum Hieronimo tranſeunt etiam glo: & Carthus. Vnde locus iſte ad noſtrum propoſitum facit, & non Ad ſarij.

Autore.

In oltre comanda l'Apoſtolo, che ſi paghi al Principe da tutti il tributo; perche, chi lo paga al Prencipe lo paga à Dio. Cui vectigal vectigal, cui tributum tributum, ſunt enim miniſtri Dei ad tributa. Il qual luogo eſplicando l'Angelico Dottore S. Tomaſo d'Aquino Maſtro di tutti li Theologi, vnico ſole della Catholica ſcuola, dice, che ſe li clerici ſono liberi dal tributo, cio hanno, non come alcuno ſi penſa de iure diuino, ma ex priuilegio Principum, & parla de Prencipi ſecolari.

Reſponſio.

Hoc in loco Auctor iſte, clericos ad ſoluendum tributum ſecularibus poteſtatibus obligatos eſſe affirmat, quod Auctoritate Apoſtoli ſtatuit loco ſupra allegato. Cui vectigal, vectigal, cui tributum, tributū, ſunt enim miniſtri Dei ad tributa, cum expoſitione D. Thomæ ſuper cap. 13. Epiſtole ad Romanos, vbi dicit Clericos

...e tributorũ exemptos eſſe priuilegio Principũ ſecularium.
...um nos oſtendimus clericos iure diuino, & naturali eſſe a...
...atione tributorum exemptos, & quõ iure humano. Sed primo notandũ eſt quod bona clericorũ ſunt in duplici differentia, quædam laicalia, vt ſunt acquiſita intuitu perſone, vt puta ex ſuceſſione cognatorum, vel amicorum donatione, vel acquiſita ex induſtria; quædam ſunt bona eccleſiaſtica cuius modi ſunt beneficia, & acquiſita intuitu Eccleſie, vel ex facultatibus eccleſie, vt de teſti: cap. 1. cum glo: vt tradit Syl: verbo clericus 4. num. 1. Notandum 2. quod triplex eſt ius, diuinũ, naturale, & humanum ſiue poſitiuum, vt tradũt Theologi, & Canoniſte. Ius autẽ diuinũ duplex eſſe dicimus. Alterum enim dicitur ius diuinum proprie, & eſt illud quod ſtat expreſſe in ſacris litteris veteris, & noui teſtamenti. Aliud eſt ius diuinum large ſumptum prout, eſt illud, quod ab exemplis, vel teſtimonijs ſacre ſacripture veteris vel noue per quandam ſimilitudinem deduci poteſt, vt infra patebit.

Ius vero naturale in triplici eſt diſcrimine, vt colligitur ex D. Thoma p. 2. a q. 91. vſque ad centeſimam, & ſectatoribus ibidem pluribus in locis, ſicuti etiam notauit Soto lib. 1. de iuſti & iur. q 5. art. 2. Quędam enim ſunt præcepta legis nature generalia, & omnibus nota, quæ ita in cordibus hominum impreſſa ſunt, vt ſolo lumine nature, & rationis naturalis, ſine aliqua arte, & diſcurſu ratiocinatiuo ab omnibus iuſta iudicentur, & habeantur; ſicuti eſt illud præceptum. Bonum eſt faciendum, malum vero fugiendum; quod tibi nõ uis, alteri ne feceris, Deum eſſe colendum, & ſimilia. Et hæc principia omnibus hominibus nota ſũt, & ſemper in omni euentu ſunt recta, & iuſta, & hęc maximè propria ſunt legis naturę præcepta ſicut docet Sanctus Hieronimus in Epiſtola ad Algaſiam inquiens. *Et extra hec oĩa naturalẽ legem ſcriptã in cordibus noſtris. Idem Apoſtolus docet cum .n. gentes quæ legem non habent naturalem ea quæ legis ſunt faciunt, iſti legem non habentes ipſi ſibi ſunt lex, qui indicant opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium perhibente illis conſcientia. Iſta lex quæ in corde ſcribitur omnes continet nationes, & nullus hominum eſt qui hanc legem neſciat. Unde omnis mundus ſub peccato, & uniuerſi hõies pũaricatores legis & id circo iuſtũ iudiciũ Dei ſcribentis in corde humani generis. Quod tibi fieri nolueris alteri ne feceris. Quis .n. ignorat homicidium adulteriũ, furtũ, & oẽm concupiſcentiã eſſe malã ex eo quod ſibi ea nolit fieri? ſi enim mala eſſe neſciret nequaquam doleret ſibi eſſe illata, per hanc naturalem*

legem

legem cognouit peccatum ſuum Cain dicens. Hæc ille. D.Griſo. 54. in Sacram Geneſim cap. 29. ad hoc propoſitum ait. *Ho eſt, quo à brutis differrimus quia ratione inſigniti ſumus à miſericordia D. & in natura noſtra inſita eſt ſcientia boni, & mali. Nullus igitur prætexat, quod ignorans virtutem negligat, vel quod non habeat aliquem, vie ducem & demõſtratorem, ſufficientem eni magiſtrum habemus conſcientiã, & fieri non poteſt, vt quis illo adiumento priuetur. Nam ſimul cũ formatione hominis implantata eſt ſcientia faciendorum, & non faciendorũ, vt noſtra gratitudine declarata in præſenti vita, quaſi in paleſtra quadam exercitati ſecundũ virtutem laboris præmia reportemus.* Hæc ille. D. Aug. in expoſitione pſal. 75. aſſerit. *Manu formatoris noſtri in ipſis cordibus noſtris veritas ſcripſit, quod tibi non vis fieri, nè facias alteri, hoc eſt antequam lex daretur nemo ignorare permiſſus eſt, vt eſſet vnde iudicarentur, & quibus lex non eſſet data.* Hæc Aug. Idem docuit D. Ambroſius Epiſtola 71. ad Ireneum Et Iſidorus lib. 5. Ethimol. & alij. Quędam verò præcepta deducuntur ex illis primiis principijs naturæ, tanquam concluſiones proxime per conſequentiã neceſſariam, & abſolutã ſine arte, & diſciplina, ſed ſimplici diſcurſu naturali, qualem omnes habere poſſunt, vt ad conſeruandum genus humanum neceſſaria eſt ſimpliciter, & abſolute coniunctio maris, & femine quæ matrimonium, eſt, vinculum perpetuum, & indiſolubile, neceſſarium omnino vt proles humana ſuſcipiatur, & comode educari poſſit, & ideo hec cõiunctio eſt de iure naturali. Talia etiam ſunt omnia decalogi præcepta, vt alij grauiſſimi viri dicunt. Nam ex illo principio, inquiunt, in corde omnium impreſſo; Deum eſſe colendum ſequitur ſtatim, Idola non eſſe colenda; ex illo. Quod tibi nõ vis, alteri ne feceris, ſequitur non eſſe occidendum, mechandum, furandum, &c. que quidem præcepta vere, & proprie ad ius ſpectant naturale, vt docet D. Thomas loco allegato.

Quædam vero ſunt præcepta legis naturalis quæ deducuntur qui de ex principis legis naturalis ſed nõ per conſequentiã abſolute neceſſariam, nec omnino euidentem. Sed facta quadam ſuppoſitione, & ideo aliqua egent humana conſtitutione. Nam, & ſi ad conſeruandum genus humanum, vt dictum eſt, ſit neceſſaria ſimpliciter & abſolute, maris, & femine coniunctio, quæ matrimonium eſt vinculum perpetuum, & indiſſolubile, neceſſarium omnino, vt proles humana ſuſcipiatur, & commode educari poſsit; & ideo hęc coniunctio eſt de iure naturali; Ceterum conſiderando homines

in plu-

..us perfidos eſſe, & bonis matrimonij abutentes introdu..ut iure gentium leges nuptiarum quibus celebret contractus ..tibus adhibitis. Et hęc præcepta naturalia vltimo loco allata ſunt ea, quæ Theologi ad ius gentium referuntur, & ea diſtingunt à iure ciuili, quoniam ius Ciuile non deducit ex principijs naturæ per modum concluſionis ſed per modũ determinationis, ea quæ generaliter à iure naturæ præcipiuntur ex D. Thoma vbi ſupra. Ius vero humanum duplex eſt; vel canonicum, vel Ciuile vt tradunt Doctores.

His notatis aggrediamur nunc oſtendere bona clericorum eſſe libera ab exactionibus Principum ſecularium de iure diuino, accipiendo ius diuinum non proprie adeo vt, ſit aliquod mandatum expreſſe in lege diuina veteris, vel noui teſtamenti, ſed accipiendo ius diuinum lato vocabulo, prout illud dicitur ius diuinum, quod per quandã ſimilitudinem deduci poteſt ab exemplis, vel teſtimonijs veteris, vel noue legis, vt dictum fuit. Sit igitur primum teſtimonium illud Gen: cap. 47. quo in loco habemus quod Ioſeph Patriarcha omnem terram Egipti tributariam fecit Pharaoni, & exemit à tributo terram ſacerdotum, ſic enim legitur ibi. *Dixit ergo Ioſeph ad populos. An (vt cernitis) & vos & terram veſtram Pharao poſſidet, accipite ſemina, & ſerite agros, vt fruges habere poſſitis. Quintam partem Regi dabitis quatuor reliquas permitto vobis in ſementem, & in cibum familijs, & liberis veſtris. Qui reſponderunt, ſalus noſtra in manu tua eſt reſpiciat nos tantum dominus noſter, & leti ſeruiemus Regi. Ex eo tempore vſque in præſentem diem in vniuerſa terra Egipti Regibus quinta pars ſoluitur, & factum eſt quaſi in legem abſque terra ſacerdotali quæ libera ab hac conditione fuit.* Hæc ibi. Hoc autem factum eſt à Ioſeph. Domino pronunciante, vt docet Vrbanus Papa, & dicitur 23. q. 2. cap. tributum, inquiens. *Nam cum tempore famis cunctorum Egiptiorum terram ſibi emeret Pharao, atque ſub eadem fame ſuę ſeruituti cunctos ſubijceret, ſacerdotibus ita neceſſaria; ſub miniſtrauit, vt nec poſſeſſionibus, nec libertate nudarentur, Domino ex tunc pronunciante, ſacerdotes in omni gente liberos eſſe oportere.* Hæc ille. Idem docuit Alexand. 3. Papa in Concilio Generali Lateranenſi parte prima cap. 19. & refertur de immunit. eccleſ. cap. Non minus vbi ait. *Ita grauibus crebriſq; exactionibus premuntur, vt deterioris conditionis, factum ſub eis ſacerdotium videatur quam ſub Pharaone fuerit; qui diuinæ legis notitiam non habebat. Ille quidem omnibus alijs ſeruituti ſubiectis, ſacerdotes ſuos, & eorum poſſeſſiones in priſtina li-*

tina libertate dimiſit, & de publico eis alimoniam miniſtrauit.
uerſa fere onera ſua imponunt Eccleſiis. Hæc ille. Ecce quam m.
Papa in Concilio Generali ait; melioris conditionis ſacerdot.
fuiſſe ſub Pharaone, qui legem diuinam ignorabat, quàm ſub
quibuſdā Principibus ſæcularibus, qui omnia vniuerſaque onera
ſua Eccleſiis imponebant, quaſi quod dicat exemptionem Eccleſiæ
& clericorū eſſe de iure diuino. Nam da oppoſitum quod;
ſ. hoc non intelligeret. Ad quid verba illa: Qui diuine legis notitiā
non habebat? Ex hoc facto igitur colligunt Summi Pontifices
Eccleſiam & bona eius exemptam eſſe de iure diuino; Quibus
ad ſtipulatur glo: in cap. quāquam de cenſibus in 6. Ad id faciunt
ea que habentur in lib. Num. cap. 3. & 18. nam cap. 3. dicit
Deus Leuitas ſuos eſſe, atque eos ſibi ex omni populo delegiſſe;
& iubet dono dari omnes Leuitas Aaroni, & filijs eius ſ. Summo
Sacerdoti, & ſucceſſoribus ſuis, per hoc oſtendens, vt quos ſibi
ipſe delegiſſet, ad templi rerumque ſuarum miniſteriū, ſolo Pontifici,
qui locum Dei repræſentabat interris ſubiectos eſſe volebat;
ac per hoc à iuriſdictione Principum ſæcularium liberans eos. In
18. autem legitur *Decimas, & primitias dedi filijs Leui vt ſeruiant mibi
in altari.* Quibus innuit Dominus ſe eos in ſuum ſeruitium elegiſſe,
& per cōſequēs eos ab aliorum hominū ſeruitute exemiſſe. At nulli
dubium eſſe debet, quod nunc in Chriſti Eccleſia ſunt Pontifex, &
clerici, quod in veteri teſtamento erant Aaron & filij eius, &
Leuitæ, immo ſunt maioris Authoritatis, Qua de re Leo Magnus
Sermone 8. de paſſione Domini dicebat. *Traxiſti, domine, omnia ad te
quod in vno Iudæ tēplo ab vmbratis ſignificationibus tegebatur pleno aperto
que ſacro Sancto vniuerſarum vbique nationum deuotio celebraret. Nunc
enim, & ordo clarior, leuitarum & dignitas amplior ſeniorum, & ſacratior
eſt vnctio Sacerdotum: quia crux tua omnium fons benedictionum, omnium
eſt cauſa gratiarū.* Hæc ille. Ex his igitur manifeſte colligitur, quod ſicuti
iure diuino in veteri lege exempti à poteſtate Principum
terrenorum erant Leuite, ſic etiam clerici eſſe debēt, liberi in Eccleſia
ab illorum poteſtate.

Alius locus eſt ex nouo teſtamento Matth. cap. 17. quando
Chriſtus requiſitus eſt, vt ſolueret tributum; *Tunc dixit Petro,
Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel cenſum à filijs ſuis, an ab alienis?
& reſpondit Petrus ab alienis. Dixit illi Ieſus. Ergo liberi ſunt filij.*
Quibus quidem verbis oſtēdere voluit Chriſtus, clericos exem-

ptos

ptos eſſe à tributis Principum terrenorum. Nam cum filij Regum liberi ſint à tributo, non tantum ipſorum perſone, ſed etiam eorum familia. Clerici autem ſunt familia ipſius Chriſti. Hinc glo. ordinaria ſupra verba illa dicebat. *Dominus noſter, & ſecundum carnem filius Regis erat ex Dauid natus, & omnipotentis verbum, ergo vt filius Regum tributa non debebat; ſed pro humilitate carnis decet eum implere omnem iuſtitiam.* Ad hoc videtur facere quod ait Auguſt.lib.primo q.Euangelic.q. 23.dum inquit. *Quod dixit ergo liberi filij ſunt in omni Regno intelligendum eſt liberos eſſe filios. i. non eſſe vectigales: Multo ergo magis liberi eſſe debent in quolibet Regno terreno, filij regni illius, ſub quo ſunt omnia Regna terrę.* Hęc Auguſt.per filios regni Chriſti intelligens Sacerdotes. Quapropter Ioan. Papa 8. *cap.ſi Imperator diſt. 96.* & Bonifacius. 8. *in cap. Quamquam de cenſibus in 6.* tamquam de re nota & manifeſta, clericos, & quo ad perſonas, & quo ad bona exemptos eſſe à poteſtate Principum ſæcularium declarauerunt.

Hæc eadem veritas in multis Concilijs declarata fuit & primo in Concilio Lateranenſi ſub Innoc. 3. cap. 43. vbi ſic legitur. *Nimis de iure diuino, quidam laici vſurpare conantur, cum viros Eccleſiaſticos nihil temporale detinentes, ab eis ad præſtandum ſibi fidelitatis iuramentum compellunt. & cap. 44. inquit. Cum laicis, quamuis religioſis, diſponendis, de rebus Eccleſiaſticis nulla ſit attributa facultas; quos ſubſequendi manet neceſſitas non auctoritas imperandi.* Hæc ibi. Ecce quomodo Sacrum Concilium ait, quod laici nullam habent auctoritatem diſponendi de rebus Eccleſiaſticis; & quod perſonas Eccleſiaſticas aggrauantes contra ius diuinum faciunt.

In Concilio Calonienſi anno 1536. celebrato par. 9. cap:20.legitur. *Immunitas Eccleſiaſtica vetuſtiſſima res eſt, iure pariter diuino ac humano introducta, quæ in duobus potiſſimum ſita eſt; Primum vt clerici, illorumque poſſeſſiones, & bona à vectigalibus, & tributis alijſque muneribus laicis libera ſint. Nam (ut de libertate leuitarum ſileamus) non temerè refert ſcriptura; Pharaonem totam terram Egypti ſibi tributariam feciſſe, præter terram Sacerdotum; & poſſeſſiones, quæ à Rege traditæ fuerant eis, quas uendere non ſunt compulſi.* Hæc ibi. Ecce quomodo Concilium hoc declarat immunitatem Eccleſiaſticam eſſe de iure diuino, ac humano; quæ in duobus potiſſimum conſiſtit, quorum vnum eſſe dicit. Quod clerici, eorum quæ bona libera ſint à vectigalibus, & à tributis alijſque muneribus laicis. Idem declarauerunt Concilium Lateranenſe vltimum, & Tridentinum locis in ſupe-

rioribus allegatis. Ex quibus omnibus manifeſtum eſſe vnicuique poteſt immunitatem Eccleſiaſticam reſpectu perſonarum & bonorum eſſe de iure diuino.

Poſſumus ſecundo probare bona clericorũ eſſe libera iure naturali, non primo modo, quod. ſ. ſit principium legis naturalis; ſicut eſt illud. Quod tibi nõ vis, alteri ne feceris, nec 2o. modo, adeo vt ſit concluſio neceſſario proxime deducta per abſolutam & neceſſariam cõſequentiã, ſicut ex illo primo principio legis naturalis, quod tibi non vis, alteri ne feceris ſequitur neceſſario, & abſolute nõ eſſe occidendum, furandum, mechãdum, & ſimilia, ſed dicimus eſſe de iure naturali 3o. modo, quatenus deducitur ex principijs naturæ, nõ tamẽ per cõſequẽtiã abſolute neceſſariam & omnino euidentem, ſed vt eſt conformis inclinationi naturali, ſiue recte rationi; Quod ſic probari poteſt. Nam quod vbique gentiũ ſit, hoc à natura quæ omnibus communis eſt; deſcendere videtur; ſed bona clericorum à tributis, vectigalibus, & alijs huiuſmodi grauaminibus libera fuiſſe apud Aegyptios & Hæbræos; iam ex Sacris litteris oſtendimus; Quod etiam hoc fuiſſet apud gentiles manifeſtum eſt apud Cæſarẽ de Gallicis Sacerdotibus, apud Plutarchum, & alios hiſtoricos, ſcriptores quare hoc à natura deſcendere manifeſtum erit. Hoc autem ius naturale, cum ab auctore naturæ in cordibus hominum impreſſum ſit, eſſe plane diuinũ, nullus inficiabitur, & ſic iure diuino, & naturali, bona clericorum à tributis erunt libera & exempta.

Sunt etiam libera iure humano, vt fatetur & Auctor ipſe, Eccleſiaſtico tamẽ, & nõ ciuili; vt patet in Concilio Lateranenſi ſub Alexandro 3. part. prima. cap. 19. ex Cõcilio Lateran. ſub Inn. 3. cap. 46. Concil. 3. Tol. cap. 21. Concil. Pariſien ſub Ludouico 23. q. 8. ca. ſecundum; ex Concilio Vormatienſi ead. cau. & q. cap. ſancitum, cap. tributum ead. cau. & q. cap. quiſquis 11 q. 2. cap. in canonibus. 16. q. 1. cap. Quamquam de cenſibus in 6. & multis alijs in locis vt videri poteſt. Neque officit locus D. Pauli ad Romanos, cap. 13. *Cui vectigal, vectigal cui tributum, tributum.* Nam cum tributum ſoluatur in ſignum ſubiectionis, vt ibidem dicunt Patres. Clerici autem non ſunt ſubiecti Principibus ſæcularibus, vt etiam in ſuperioribus dictum fuit de mente D. Anſel. dum verba illa exponebamus. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſe ſubdita ſit, vel ſæcularibus, vel Eccleſiaſticis omnes ſecũdum ordinem ſuum.

ſ. ſæcula-

ſ.ſæculares ſæcularibus,& Eccleſiaſtici, Eccleſiaſticis ſequitur Apoſtolum ibi præcipere, vt tributa Principibus ſæcularibus à laicis ſoluantur,& non à clericis. Nec vnquam dixit Apoſtolus quod Principes ſint miniſtri Dei ad tributa; hoc eſt; ſunt Dei miniſtri, vt ab omnibus accipiant tributa, ſed ait Miniſtri ſunt, in hoc ipſi ſeruientes; Hoc eſt, quod Principes ſunt Dei miniſtri, ſeruientes ei in hoc vt rempublicam, pacem, quietem cuſtodiant, & ideo tamquam præmium laboris ſoluitur ei tributum,ſic expoſuit Gryſoſt: *Vide ſapientiam, ac prudentiam beati Pauli quod in vectigalium repetitionibus graue uidebatur & oneroſum; ſignum iſtud facit prouidentiæ ipſorum. Cur n.inquit Vectigalia Regi damus? Numquid tamquam proſpicienti? Numquid tamquam præſidenti curæ,tuitionis quæ mercedem ſoluentes? Atqui nihil illi ſoluiſſemus, niſi, ab initio vtilem nobis talem fuiſſe præfecturam cognouiſſemus. Verum propterea ab antiquis temporibus cum omnium ſententia Principes à nobis ſuſtentari debere, viſum eſt, ob id quod ſua ipſorum negligẽtes communes res curant; vniuerſumque ſuum otium ad ea impendũt, quibus non ſolum ipſi ſed ea, quæ noſtra ſunt ſaluantur,* Hæc Gryſoſt. ſic exponit Anſelm.& alij. Nec etiam obeſt authoritas ſancti Doctoris, quam affert Auctor in expoſitione Epiſtolæ ad Romanos cap: 13. vbi ait. *Ab hoc verò debito liberi ſint clerici ex priuilegio Principum.* Non.n.propter hoc negat D. Thomas, clericos habere hoc priuilegium de iure diuino, & naturali, eo modo quo in ſuperioribus de mẽte ipſius à nobis dictum fuit, & ideo ſubdit ibidem D. Thomas. *Quod quidem equitatem naturalem habet.* Quaſi quod dicat,quod priuilegia,& conſtitutiones Principum ſæcularium, quibus clerici à tributis, & vectigalibus eximuntur, fuit confirmatio, vel vt dicit glo.in cap ſi Imperator diſt. 96. fuit declaratio iuris diuini, & naturalis. Concludit tandem Auctor, & ait. Autore.

Finalmente cõcludo con S. Paolo della' Authorità del principe. Non ſine cauſa gladium portat. Ecco l'authorità del Principe ſecolare di punire pœna ſanguinis, la quale non hauendo da Dio li Prelati Eccleſiaſtici, hauendo i clerici malfattori degradato, & dichiarati in habili del grado clericale, non poſſono più oltre. Ma acciochе ſiano con la morte caſtigati tradunt eos brachio ſeculari. Et perche alcuno non penſaſſe, che le parole fuſſero di conſiglio, & non di precetto, per ſtabilire il tutto afferma l'Apoſtolo. Ideo neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam, ſi che ſiamo obligati in conſcienza d'vbidire al Principe ſeculare, in tutte quelle coſe, che di ſopra habbiamo detto; amaeſtrati dall'Apoſtolo San Paolo.

Reſponſio.

Hac in parte Auctor eximit Authoritatem & poteſtatemtẽ peralem ipſi Eccleſiæ & Prælatis, dum ait Prælatos pœna ſanguinis punire nõ poſſe,ſed hoc falſiſsimũ eſt, quod inferius apparebit in confutatione tertiæ,& quartæ propoſitionis,quando oſtendemus. Eccleſiam habere vtramque poteſtatẽ temporalẽ, & ſpiritualẽ;immo Sum:Pont.habere Monarchiã in tẽporali, & ſpirituali toto orbe terrarũ;de iure diuino, & naturali,etſi verum ſit, quòd propter mãſuetudinẽ,Eccleſia nõ vtatur gladio materiali per ſe ipſam;ſed per manũ Principũ & iudicũ ſęculariũ,nutu tamẽ ipſi⁹ Sacerdotis, vt docet D.Bernard.lib.4.de conſideratione ſui ipſius ad Eugeniũ Papã,& poſt ipſum Bonifacius 8.in extrauaganti. Vnam ſanctã de maior.& obed:vt inferius dicemus.Cõcedamus tamẽ id quod vltimo loco ait hoc nõ eſſe conſilium, ſed præceptũ, vt ſubditi ſuis ſuperioribus obediant,dũmodo nõ præcipiant aliquid contra fidem, Dei præcepta, bonos mores; & libertatem Eccleſiaſticam,& hæc dicta ſufficiant de prima hac propoſitione.

Seconda propoſitione dell'Autore.

CHRISTO noſtro Saluatore,ſe bene come figliolo di Dio vguale al Padre,eſt Rex Regum,& Dominus dominantium,tutta uolta eſſendo veſtito della noſtra ſpoglia mortale,ſi auanti la ſua morte, come doppo ſa ſua ſantiſſima Reſurrettione, non eſſercitò la poteſta di Principe temporale,non hebbe Regno temporale.

Confutatio.

Hæc propoſitio etſi ad propoſitũ Auctoris non faciat, cum eius intentio ſit oſtẽdere velle ſententiã excõmunicationis latã à S. D. N.Paulo Papa V.in Ducẽ,& Rempub.Venetiarũ nullã eſſe, & non ligare, vt ipſemet infra *6.* & *7.* propoſit. dicit.Cũ ad hoc, vt ſentẽtia excõmunicationis lata, valida ſit,poteſtas ſpiritualis ſufficiat. Hanc tamen propoſitionẽ in ſe falſã eſſe oſtendamus. Et Chriſtũ D.N.in hoc mundo poteſtatem regiam,& temporalẽ,ſiue regnum temporale habuiſſe manifeſtemus,ſimul & exercuiſſe.

Sed obſeruandum eſt interceteras regulas,in exponendis ſacris litteris,quas Patres noſtri tradidere, vnam eſſe illã,quod præcipue attendendum eſt,quæ ſit Patrum expoſitio; Rationibus enim, & non auctoritate ſacrã ſcripturã exponere, periculoſum eſt,vt docet D. Aug. lib. 3. de Doctrina Chriſtiana cap. 28. Cui ad ſtipulatus Leo magnus in Epiſtola 44. quæ eſt ad Martianum. Auguſtum

dicebat.

dicebat. *Ab Euangelica Apoſtolicaq; Doctrina, ne vno quidem verbo liceat diſcedere, aut aliter de ſcripturis ſacris ſapere, quam beati Apoſtoli, & Patres noſtri didicerunt, atque docuerunt.* Hæc ille. Quapropter ad Patres recurendum eſt, cum viri Santi Dei [Principe Apoſtolorum in ſua prima canonica cap. 3. atteſtante] ſpiritu Dei loquuti ſint, & ipſorum ſtandum eſt expoſitioni, & non illorum, qui pro arbitrio ſacras litteras interpretantur; ſic etiam docuit antiquus ille Pater Clemens Alexand. lib: 7. ſtromatum non longe à fine inquiens. *Sunt enim Sacerdotes, qui cũ liceat ex ipſis ſcripturis diuinis conuenientes colligere demonſtrationes, id omnino non faciunt, ſed quod eorum voluptatibus, ſuffragatur, eligunt, glorie autem tenentur deſiderio, & ea quæ è ſua natura conueniunt ſermonibus diuinis, inſpiratis, tradita à beatis Apoſtolis, & magiſtris, ſua ſponte & fallaci ſapientię ſimulatione corrumpunt per alias tractationes, humanis Doctrinis reſiſtentes diuinæ traditioni, vt hereſim conſtituant.* Hec ille. Eadem docuit ante eum Ireneus, qui Apoſtolorum temporibus proximus fuit, & Papie, & Policarpi diſcipulus; Hic in lib. 4. cap. 43. inquit. *Eis qui in Eccleſia ſunt præsbiteris obaudire oportet, qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis, ſicut oſtendimus, qui in Epiſcopatus ſucceſſione, chariſma veritatis certum, ſecundum placitum Patris, acceperunt reliquos verò, qui obſiſtunt à principali ſucceſſione, & quocunq; loco colliguntur, ſuſpectos habere, vel quaſi hereticos.* Hæc ille. Volunt igitur Hi Patres, ſtandum eſſe Doctoribus, & Epiſcopis, qui ſucceſſionem ab Apoſtolis habuerunt, præcipue autem Romanis Pontificibus in expoſitione ſacrarum litterarum, ita vt omnes Eccleſię ab illius iudicio pendeant.

His notatis oſtendamus ex ſacris litteris vna cum expoſitionibus SS. Patrum, Chriſtum ſaluatorem noſtrum, ſecundum quod homo poteſtatem Regiam & temporalem habuiſſe, & primo ex veteri teſtamento. Regius enim vates pſal. 2. ſermonem faciens de humana natura à verbo eterno aſſumenda ait. *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Syon montem ſanctum eius. Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terre.* Hic vt dictum eſt, ſermo habetur de natura humana ipſius Chriſti. Quapropter D. Baſilius in ſcholijs in 2. pſalmo dicit. *Neque dumtaxat ſuper ſyon Regnum obtinuit, ſed ſuper vniuerſam Creaturam.* Et mox ſubdit. *Cum ſit vt Deus omnium dominus, vt homo, tamen horum dominium à patre accepit.* Hæc Baſilius, ſed vt Deus eſt; Dominus eſt, & ſpiritualium,

&

& ſpiritualium directe, ergo à patre dominium temporalium, & ſpiritualium accepit. Subſcribit Theodoretus aſſerens. *Non tantummodo montis Syonis Rex eſt, ſed viſibilium, & inuiſibilium, totius orbis, & infra. Verum tamen cum Dominus ſit, vt Deus, etiam vt homo dominium accepit.* Hæc ille. Adſtipulatur Cyrillus Alexand. lib. 11. in Io: cap. 15. dicens. *Regem ſuper ſyon montem eius conſtitutum eſſe non conſequenter diceremus, quid quam a patre illum accepiſſe; ſed cum ſponte obſequutus patri homo factus eſt; qui omnia poſſidet vt Deus, omnia recepit, vt homo, cui regnare aduentitium eſt .i non naturale, creature namque dicitur, quid habes, quod non accepiſti? Creatura autem certe Chriſtus inquantum Homo.* Hæc Cirillus. Optatus Milenitan. lib. 2. contra Parmen. cum hec verba addnxiſſet ſubdit. *Quid tale infringitis promiſſum? vt a vobis mittatur quaſi in quendam carcerem latitudo Regnorum? Quid tante piatati obſtare contenditis? quid contra ſaluatoris merita militatis? Permittite filium poſſidere conceſſa, permittite patri promiſſa complere. Cur ponitis metas? cur figitis limites? cum à Deo patre tota terra promiſſa ſit? non eſt quicquam in aliqua parte terrarum, quod à poſſeſſione eius uideatur exceptum, tota donata terra, cum gentibus ſuis.* Hæc ille. Et Hilarius ante eos in comentario huius pſalmi aiebat. *Conturbantur ergo frementes, & vana meditantes, cum Regem ſciunt, cum filium Dei audiunt, cum poſſeſſorem eum finium terre, & heredem eſſe gentium diſcunt, cum regendi eas in virga ferrea, & eius eſſe cognoſcunt cum modo, ac facilitate vaſis figuli comminuendos populos intelligunt.* Hæc ille. Et quod dominium omnium rerum vniuerſale datum fuerit Chriſto ſecundum quod homo ex hiſce verbis habetur ex Aug. & Caſsiadoro in cõment. Vigilio lib. 5. contra Euthyc. Fulgentio in Arianos, Ambr. Prima. Anſel. Brunone, D. Thoma Griſoſtomo, & Theophilacto in cap. primo epiſtole ad Heb: & ex alijs Patribus.

In pſalmo 44. habemus ex illis verbis. *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitiæ*, regiam, & ſacerdotalem Chriſti dignitatem, ſecundum quod homo, vngebãtur enim in veteri lege ſacerdotes, vngebant, & Reges. Qua dere ſi Chriſtus præceteris vnctus eſt, etiam præ alijs vnctus eſt Rex, & ſacerdos; vt ſupremus ſit Rex & ſacerdos. Itaque eſto quod Dauid præcipue ineffabilem illam vnctionem, qua natura humana in Chriſto vnita fuit, intelligat, & chariſmata ſpiritus Sancti, non debet negari quin etiam de alijs vnctionibus intelligat; Et Chriſtum quo ad hanc geminam dignitatem Regiam ſilicet & ſacerdotalem vnctum eſſe ex his verbis docet Baſilias inuiens,

inquiens. *Quando quidem oportebat figurare typicam unctionem & typicos Pontifices, ac Reges; caro Domini uero unguento uncta eſt; ipſo Sancti Spiritus ſuper ipſum aduentum quod lætitiæ oleum appellatum eſt.* Hęc ille. D. Auguſt: & Ruffinus eiſdem ferè verbis expoſuerunt dicentes. *Vnctus eſt Deus, à Deo, vnctum audis, Chriſtum intellige; etenim Chriſtus à Chriſmate dictus eſt. Hoc nomen quod appellatur Chriſtus, vnctionis eſt: nec in aliquo, alibi vngebantur Reges, & Sacerdotes niſi in illo Regno, ubi Chriſtus prophetabatur & ungebatur & unde uenturum erat Chriſti nomen. Nuſquam eſt alibi omnino in nulla gente, in nullo Regno.* Hæc illi. Quibus ad ſtipulat. eſt Magiſter ſent. in comment. inquiens. *Per hoc autem quod dicit, eum unctum, Regem & Sacerdotē eum eſſe ſignificāt in cuius figura in ueteri teſtamento Reges, & Sacerdotes vngebantur.* Hæc ille. Hoc idē docent Optatus Mileuitan. lib. 4. cōtra Parmen. Ambroſius, Sedulius, Caſſiodorus Ricard. de Sancto Victore & D. Thomas in Comment. huius Pſalmi, & Gregorius Bœthicus lib. de fide, & trinitate ad Gallam Placidiam Auguſtam. Hinc Concilium Francfordienſe celebratum ſub Andriano primo Papa, & Carolo Magno horum Sanctorum Patrum ſequens veſtigia in Epiſtola ad Præſides Hiſpaniæ dixit. *Quid uero Dauid putatis dixiſſe de fratribus adoptiuis, unxit te Deus tuus oleo lætitiæ pre participibus tuis? Non. n. B. Hieronymus & cæteri ſanctæ Scripturæ tractatores hanc participationem unctionis de adoptiuis Fratribus, ſed de Regibus, qui Chriſti uocabantur, intelligi uoluerunt. Qui oleo humanæ compoſitionis uncti eſſe leguntur; ſicut idem B. Hieronymus in tractatu eiuſdem Pſalmi expoſuit oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Alij Reges, qui typum illius quod tulerunt, & regnando conſortes dicti ſunt, oleo corruptibili ſunt inuncti. Hic uero filius Dei à Deo patre oleo exultationis eſt delibutus.* Hæc Concilium. Cum igitur hic de Chriſto Rege, & Sacerdote facta ſit mentio, videtur Dauid Regū nomine etiam regiam dignitatem intelligere, ſeu ſupremum regimen in omnibus, quoniam ſicut verus fuit Sacerdos, ſic verum fuiſſe Regem fateri debemus, vnctio n. illa cum Reges & Sacerdotes vngerentur. figurabat Chriſtum eſſe Regem, & Sacerdotem; & ideo ſicut fuit verus Sacerdos fuit & verus Rex.

In Pſalmo 109. ait Propheta. *Dixit Dominus domino meo ſed ea dextris meis; Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Virgam uirtutis tuæ emittet Dominus ex Sion; dominare in medio inimicorum tuorū.* Itaque ex verbis illis. *Virgam uirtutis tuæ emittet dominus ex Sion;* regia Chriſti poteſtas exprimitur. Quod probatur primo ex contextu

textu verborum præcedentium immediate [ex antecedentibus enim contextum ſermonis & ſubſequentibus germanus ſenſus loci colligitur] quam regulam tradit Origenes in cap. 3. epiſtole ad Rom. & D. Aug. lib. 3. de Doctr. Chriſt. cap. 2., de Geneſi ad lit. lib. 1. cap. vltimo, contra Fauſtum Manicheum lib. 9. cap. 6. & 7. verba namque illa, *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*, intelliguntur de Chriſto etiam ſecundum naturam humanam ſicuti explicant Petrus Actorum cap. 2. & Paulus ad Epiph. cap. primo.

Secundo probari poteſt ex ſequentibus. Nam cum in hoc pſal. de virga facta fuiſſet mentio, poſtea ſubditur de Chriſti Sacerdotio. *Iurauit dominus, & non penitebit eum, tu es Sacerdos in eternum Secundum ordinem Melchiſadech*; hoc autem Sacerdotium, vt infra dicetur, gemina conſtat dignitate Regia videlicet, & Sacerdotali, vtraq; enim in Melchiſadech: fuit coniuncta.

Tertio probari poteſt interpretatione Patrū in hunc locum hinc D. Hieron: dicebat. *Virga in Hebreo non tam Virgam habet, quam & ſceptrum hoc eſt inſigne Regiæ poteſtatis. Virgam virtutis tue emittet Dominus ex Syon, ex Syon.n. egredietur lex, & verbū domini de Hieruſalē.* Hęc ille. D. Aug. in expoſitione huius pſalmi cum dixiſſet Prophetam, non loqui de Reguo Chriſti, vt eſt Dominus rerum omnium, ſicut Deus, ait. *Virgam Virtutis tue, hoc eſt Regnum potentie tue, quia reges eos in Virga ferrea.* Hæc ille. D. Griſoſt. dicit. *Virgam virtutis, ſeu poteſtatis, vocat ipſam poteſtatem, & infra. Virga aliquando quidem caſtigat, & beneficio afficit, aliquando autem conſolatur, & eſt ſignum Regni.* Hæc ille Quibus adſtipulatus Magiſter Sent: inquit. *Virga ergo virtutis, eſt ſceptrum Regie poteſtatis, qua ſuſtentantur boni, & franguntur mali.* Et vna cum ipſis exponunt Baſilius. Theodoretus, Euthim. Caſſiodorus, Beda, Bruno, & alij.

Aferramus modo loca, & teſtimonia, ex nouo teſtamento ad probandum, quod Chriſtus ſecundum quod homo habuerit Regnum, & dominium temporale. Et primo adſit teſtimonium illud Math: cap vltimo. Vbi Saluator noſter poſt ſuam glorioſiſſimam Reſurrectionem *dixit Diſcipulis ſuis. Data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terra*; quibus verbis Dominium omnium temporalium, & ſpiritualium ſibi collatum eſſe ſecundum naturam humanam affirmat ſic Patres epoſuerunt.

Quare D. Athanaſius in ſermone contra Arrianos hec verba explicans

83

plicans ait. *Data eſt mihi poteſtas in cælo, & in terra. Quod merus homo accipit, id ei eripi poteſt, cuius rei ſpeciem in Adam vidimus; quippe qui illud quod accepit, perdidit, vt autem gratia indemptibilis eſſet firmaque hominibus cuſtodiretur, ea de cauſa, hanc donationem, propriam ſibi arrogat, dicitque ſe poteſtatem accepiſſe, vt hominem, quam ſemper habebat vt Deus.* Hæc ille affirmans Chriſtũ talem accepiſſe poteſtatem ſecundum, quod homo, q̃ habebat, vt Deus; & q̃ accepit Adam; ſed Chriſtus, vt Deus habebat poteſtatẽ ſuper omnes res temporales, & abſolute, igitur eandem accepit, ſecundum quod homo; Adam quoque [poteſ]ſtatem & dominiũ ſuper omnia terreſtria accepit, vt habetur Gen: c. 1. ergo eandẽ ſecundũ naturã humanã accepit Chriſtus. Gregorius Nyſſen. in fragmen. quæ extant tom. 3. Biblioth. Sanctorum Patrum inquit. *Datus eſt illi honor, & Imperium, & Regnum, omnes populi, tribus, & linguæ ſeruient illi, poteſtas eius, poteſtas ſempiterna, quæ non pertranſibit; & regnum eius non euertetur, & quis eſt hic quaſi filius hominis, qui poteſtatem accepit abſolutam in omnes, ac ſempiternam, homo quidem omnino nullus eſt: ſed ipſe Deus, & homo Chriſtus, de quo & Dauid, Deum, ac Patrem ſic alloquitur: Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis. Chriſtus. n. vt Deus & Rex eſt, & filius Regis, & vt homo factus eſt Rex, & filius Regis, nempe Dauidis, ex quo poſtea. Data ait, mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terra: ad quem Pater poſtquam vt homo poteſtatem accepit; ſede, inquit, à dextris meis.* Hæc ille. Ecce quomodo iſte celeberrimus Pater aperte fatetur Chriſtum ſecundum naturam humanam, factum eſſe Regem, & filium Regis. ſ. Dauidis, & ſic omnem poteſtatem ei datam eſſe in Cœlo, & in terra. Primaſius lib. 3. cap. 12. in Apocalip. ad hoc propoſitum loquens ait. *Euidenter oſtendit; in quo nos cælo intelligere iſta conueniat, in Eccleſia, namque factam nouimus victoria Chriſti ſalutem, per quã cognitam, accepit etiam poteſtatem ligandi, ſoluta, & ſoluendi ligata, cum in vno Petro generali ſignificatione omnes audierit. Quæ ligaueris ſuper terram; ligata erunt, & in Cælis, & quę ſolueris ſoluta; De hac Dominus dicit: data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terra, non quam ſemper ipſe habuit, ſed quam in Eccleſia ex tempore, quo ipſe voluit, tanquam caput in membris, habere cœpit.* Hec ibi. Sed auctoritas & poteſtas ligandi, atque ſoluendi in Cœlo, & in terra, non ſolum eſt poteſtas ſpiritualis, ſed etiam temporalis, vt in confutatione quartæ propoſitionis manifeſtabimus. Igitur Chriſtus habuit temporalem poteſtatem.

Anſbertus in comment. in Apocal. in cap. primo citatis verbis, quibus a Chriſto principatus promittitur Apoſtolicus, aſſerit, *Hanc poteſtatem ipſum membrorum caput, in membris accepit, in tempore; cuius poteſtas cum Patre manet ſine tempore; ait.n. Data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terra, tanquam diceret, homo factus in hominibus à Patre accipi, quod ipſe cum Patre mihi, & membris meis dedi, quod utrumque, Pſalmiſta, & Apoſtolus docent; cum unus horum dicit Accepit dona in hominibus. Aliter vero ait, Dedit dona hominibus* Hæc ille. Intelligens abſolutam terrenorum, & ſpiritualium poteſtatem, Idem docuit Beda dum inquit. *Non.n.hæc de coæterna Patri Diuinitate; ſed de aſſumpta loquitur humanitate, in qua reſurgendo à mortuis eſt conſtitutus ſuper opera manuum patris, omniaque ſubiecta pedibus eius;* & infra. *Et quidem etiam priuſquam à morte reſurgeret, nouerant Angelicæ in cælo virtutes iure ſe ſubditas homini, quem à ſuo conditore ſpecialiter aſſumptum eſſe videbant.* Hæc Beda.

Euſebius Emiſenus ait: *Qui.n. ſecundum diuinitatem ſemper ſimul cum Patre, & Spiritu Sancto omnium rerum poteſtatem habuit: nunc etiam ſecundum humanitatem, omnium rerum poteſtatem accepit, ut homo ille qui nuper paſſus, & Cælo, & terra dominetur, neque iam ſolum modo Iudæorum verum & omnium gentium, & Deus, & Dominus eſſe credatur.* Hæc ille. apertiſsime quæ tergiuerſari à proteruis non poſſunt.

Eodem pacto exponit D. Thom. ſuper vltimum c. Math. inquiẽs. *Vnde dico, quod potentia eſt data, non quia potentia ſit data, ſed data eſt ſecundum quod eſt vnita verbo, vt filio Dei per naturam: ſed Chriſto per gratiam vnionis; ſed quare magis dicit poſt Reſurrectionem, Data eſt mihi omnis poteſtas, quam ante Reſurrectionem? Dicendum, quod in ſcriptura dicitur aliquid fieri quando primo innoteſcit; ſic ergo ante Reſurrectionem, non fuit ita manifeſta omnipotentia, licet eam habuit, ſed tunc fuit maxime manifeſta quando potuit totum mundum conuertere;* Ecce quod Diuus Thomas affirmat omnipotentiam, quæ filio Dei ab eterno conueniebat, gratia vnionis datam eſſe Chriſto, nõ alio modo, niſi vt eſt homo; quã quidem omnipotentiam, etſi ante Reſurrectionem habuerit, poſt Reſurrectionem tamen manifeſtam eſſe dicit; & lib. 3. de Regimine Principum, cap. 12. aſſerit. *Et propter ſuam modeſtiam longo tempore in eo Principatum habuit, ac in 42. Anno ſui Regiminis completa ſeptuageſima ſexta hebdomada, ſecundum Danielem, ſui Dominij ceſſante Regno, & Sacerdotio in Iudæa naſcitur Chriſtus, qui fuit verus Rex, & Sacerdos, & verus Monarcha. Vnde poſt Reſurrectionem ſuam apparens diſcipulis ſuis dixit Da-*

xit. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra,* quod quidem ad humanitatem oportet referre ſecundum Auguſt. & Hieronymum, quia de diuinitate nulli eſt dubium, quia ſemper habuerit. Hæc D. Thomas, qui, & merito etiam ab aduerſario tanti eſtimatur. Iſtis ſubſcribens Lyranus aiebat: *Licet Chriſtus quantum ad diuinitatem ab æterno haberet hanc poteſtatem, & inquãtum homo ab inſtanti conceptions haberet poteſtatem in cælo, & in terra auctoritatiue, tamen executionem non habuit ante Reſurrectionem ſuam, ſed voluit eſſe paſſibilitati ſubiectus propter noſtram redemptionem.* Hæc ille. Quod etiam dicebat D. Thom: ſuper cap. vltimum Matth. *Poſſumus,* inquit, *Et aliter dicere, quod poteſtas ſignificat quendam honorem præſidentiæ, ſicut dicimus homines in potentatibus; & ſic accipitur hic poteſtas; conſtat autem quod Chriſtus, qui ab æterno habebat regnum mundi, vt Dei filius executionem accepit ex Reſurrectione, quaſi dicat Iam ſum in poſſeſſione. De iſto habetur Daniel. 7. Iudicium ſedebit vt auferatur potẽtia & conteratur, & diſpereat, uſque in finem. Regnũ autẽ, & poteſtas, & magnitudo Regni detur Populo Sanctorum altiſſimi; cuius Regnum, Regnum ſempiternum eſt, & omnes Reges ſeruient ei, & obedient.* Hæc ille. Ex quibus Clariſsime habemus, quod Chriſtus poſt Reſurrectionẽ ſuam accepit potẽtiã executiuam ſuper Regnum Mundi, quod ab æterno habuit, vt Dei filius, & ab initio Conceptionis ſuæ ſecũdum, quod homo, quam executionem in tempore non accepit, vt Deus; cũ ſemper illam, vt Deus exercuerit, ſed vt homo, & gratia Vnionis: Ex verbis Apoſtoli ad Eph. cap. 1. colligitur Chriſtum dominium generale accepiſſe in omnibus; *Secundum operationem,* inquit, *virtutis, quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans eum à mortuis, & conſtituens ad dextram ſuam in cæleſtibus ſuper omnem Principatum; non ſolum, quod nominatur in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam.* Ex his verbis habemus Dominium directum, & abſolutum ipſius Chriſti in temporalibus ſecundum naturam humanam, cum Regia poteſtas dicatur dominium, & abſolutum in temporalia, & quod Chriſtus ſecundũ naturam humanam dominium accepiſſet in omnib⁹ temporalibus docuit Gryſoſt. humil. 3. ſuper primũ caput Epiſtolæ ad Eph. Hæc verba interpretans. *Et ſane, quam hoc digne repreſentare poſſit oratio? Nimirum eum, quod externa, vide nunc; ab infimo terræ centro, in quem ſublimem Thronum ſubuexerit. Velis, nolis fateri te neceſſe ſupereminentem eſſe, magnitudinẽ diuinæ potẽtiæ. Et infra: Et ecce ab infimo terræ centro, quo ipſum extulit, ſi gentes vniuerſæ, quaſi ſtilla, vnus aliquis ex omni hominum numero;*

F 2 quanta

quota vtique illa portio reputari debet? Sed & hunc videlicet Christum hominem omnibus creatis superiorem constituit; non in ſeculo hoc ſolum, verũ & in futuro. Forte aliquot ordines cœleſtium virtutum ſuper ſunt, quarum nec nomina nobis quod aſſignata ſunt, noſtramque adhuc fugiunt cognitionem; Et ecce omnia quantecunque virtutis ſint ſubſtrauit Chriſti pedibus. Nec vt cumque effecit ſuperiorem, quaſi perficiens iſtis per comparationem, verius, quaſi Dominum ſeruis ipſum cunctis anteponens. Papæ, quam ſtupenda ſunt hæc quanteque plena formidinis. Ecce; vt homini Chriſto omnis creata virtus quaſi ancilla Domino ſubiecta eſt, idque propter inhabitantem in ipſo Deum verbum. Liceat vnum aliquem videre cæteris ſuperiorem; cui tamen nemo præſtare cogatur, obedientiam; ſed primas tantum is occupet honoris partes hic vero non ita; omnia.n.ſubiecit pedibus ſuis. Nec vt cunque ſubiecit, ſed ad extremam vſque exhibende obedientiæ ſubiectionem, & poſtquam altera non eſt. Ideoque dixit ſub pedibus eius. Hactenus Gryſoſt. manifeſtiſsime docens Dominium Chriſti ſecundum naturam humanã ſuper omnes creaturas. Ad ſtipulatur Cyrillus Alexand in lib. de recta In Chriſtum fide ad Reginas dicens Super hæc verba. *En illum ipſum, quem ex mortuis exuſcitarat, conſtituit Pater ad dexteram ſuam ſuper omnem principatum; & poteſtatem, & Virtutem, & omne nomen, quod nominatur. Numquid ergo homo noſtri ſimilis nature, omnium ſupreme dextera aſſidet? Omnino, neque iſtoc in quæſtionem uocare licet. At non homo tantum, ſed homo Deus.* Hæc ille.

D. Anſelmus eodem modo exponit; *Sed etiam omnia ſubiecit ſub pedibus eius. A ſimilitudine dictum eſt. Nam ſicut qui ſubmiſſus eſt ſub pedibus cõculcatur, & cõculcanti reſiſtere nõ poteſt, ſic omnia Imperio, & poteſtati Chriſti ſubiecta ſunt, & illi contraire non valent. Omnia ſubiecit, & ita vt ſint ſub.i. inferiora. Aliud ſubnotat omnimodam ſubiectionem. ſ. quod non audeant, nec poſſunt contraire Imperio eius.* Hæc Anſelmus.

Ad huc clarius Haymo, ſiue Remigius in commen. huius loci de ſubiectione coactiua Interpretatur aſſerens. *Quæ omnia. ſ. genera hominum, & omnia quæ in terra ſunt, & in cœlo continentur. Quæſtio oritur in hoc loco, cum Pſalm: dicat omnia ſubiecta eſſe poteſtati filij Dei, ſicut, & in hoc loco dicitur, quare Apoſtolus in Epiſtola ad Heb. dicat. Nec dum vidimus ſubiecta omnia ei? Quæ queſtio hoc modo ſoluitur quia duæ ſunt ſubiectiones, voluntaria, ſiue ſpontanea, & coactiua; ſiue poteſtatiua. De voluntaria igitur ſubiectione dicit Apoſtolus ad Heb. Nedum eſſe ſubiecta omnia ei per fidem & voluntatem, quia nec dum omnes gentes crediderunt in eum. De coactiua uero, ſiue poteſtatiua ſubiectione dicit Pſalm. omnia ſubiecta eſſe ei, quia*

per potentiam vellint, nollint; Iudei, atq; Pagani, & Demones ſubiecti ſunt ei. Hæc ille Et quid clarius deſiderari poteſt?

Simili modo exponit D. Thom. in comment. ſuper Epiſt. ad Eph. lect. 8. *Vbi ſciendum eſt, inquit, quod hoc, quod dicit ſub pedibus, poteſt accipi dupliciter; vno modo, vt ſit locutio figuratiua, & ſimilitudinaria, vt .ſ. per hoc detur intelligi, quod omnis creatura totaliter eſt ſubiecta poteſtati Chriſti; illud .n. eſt nobis omnino ſubiectum, quod pedibus conculcamus, & de iſta poteſtate dicitur Math. vlt. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. Heb. 2. In eo enim quod ei omnia ſubijciuntur, nihil dimiſit non ſubiectum ei. Eſt ergo ſenſus, quod omnia creata non ſolum ſubiecit Pater Chriſto inquantum eſt Deus, cui ab eterno omnia ſunt ſubiecta, ſed etiam humanitati eius.* Hæc D. Thomas, & ne forſam quiſquam crederet hoc non eſſe intelligendum de qualibet poteſtate ſubdit. *Aduertendum eſt autem hic, quod Chriſto ſubijciuntur aliqua dupliciter; quædam voluntarie, & quædam inuoluntarie. Quædam ſubijciuntur ei inuite, tamquam Iudei, vt Chriſtus de his ſuam voluntatem faciat.* Hæc ille. Idem docent Theodoretus, Oecumenius, Theophilactus, Primaſius, Ambroſius, Bruno, Sedulius, Magiſter Sentent. & alij in comment. huius loci.

Alius eſt Apoſtoli locus ad Heb. cap. 1. in quibus verbis docet Chriſtum ſecundum humanam naturam ſupremum tenere in omnibus Dominium, quando ait. *Quem conſtituit heredem vniuerſorum.* Hiſce enim verbis expreſsit Apoſtolus Chriſti ſecundum naturam humanam in omnibus rebus creatis ſupremum Dominium, ſic docet Griſoſt. humilia prima in epiſtola ad Heb. *Quem conſtituit, inquit, heredem omnium, quid eſt, quem conſtituit heredem omnium? Hic omnem carnem ſignificat, ſicut etiam in 2. dicitur pſalmo Pete à me, inquit, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Non iam portio Domini tantum Iacob, & ſors eius ſolus Iſrael, ſed omnes nationes, hoc eſt, hunc filium Dominum conſtituit vniuerſorum. Quod etiam in actibus Apoſtolorum Petrus loquitur dicens, & Dominum eum, & Chriſtum Deus fecit. Heredis autem vtitur nomine, vt duo quedam per hoc oſtendat, & quod proprius ſit filius, & quod Dominationis illi nulla contingat amiſſio. Heredem autem omnium dicit, mundi totius.* Hæc Griſoſt. dicens Chriſtum, in quantum eſt homo, obtinuiſſe Dominium totius mundi.

Cyrillus Alexand. in lib. de recta fide in Chriſtum ad Reginas eadem verba exponens inquit. *Vnigenitum Dei verbum, vna cum Deo patre naturalem rerum omnium Dominum eſſe hactenus exta contrauerſiam*

M 3 credi-

creditum eſt. At quia Caro factum eſt heredis quoq; appellationem ſortitum eſt ; Dictum eſt namq; ad illud, tamquam ad hominem noſtri cauſa, &c. Hæc ille Affirmans Chriſtum ſecundum diuinitatem rerum omnium naturalem eſſe Dominum, ſecundum humanitatem vero earundem eſſe heredem. Remigius aſſerit. *Heres dicitur ab hero ideſt Domino, eo quod libera poteſtate in hereditate paterna dominetur . Conſtituit ergo Deus Pater filium ſuum heredem vniuerſorum, hoc eſt totius mundi, ſeu omnium creaturarum, non tantum ſecundum Diuinitatem, qua coeternus eſt Patri, & cæqualis eſt illi in Omnipotentia Deitatis; & in qua eternaliter ipſe poſſidet omnia cum Patre, ſed potius ſecundum humanitatem aſſumptam à verbo conſtitutus eſt ille Dominus, & heres ſuper omnem creaturam, ſicut illi Deus pater promiſit docens Poſtula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terre. Et ipſe filius Reſurgens à mortuis, ſic loquitur ex perſona humanitatis. Data eſt mihi (inquiens) omnis poteſtas in cælo, & in terra.* Hactenus ille. Primaſius in comment. in primum cap. Epiſtole ad Heb. dicit. *Conſtituit ergo Deus Pater filium heredem vniuerſarum, hoc eſt, totius mundi, ſeu omnium creaturarum non ſecundum ſuam Diuinitatem, qua cæternus eſt Patri, & cæqualis illi in omnipotentia Deitatis, ſed potius ſecundum humanitatem à Verbo aſſumptam conſtitutus eſt ille Dominus, & heres ſuper omnem creaturam.* Hæc ille formaliter cum Remigio. Subſcribit Anſel: aſſerens. *Quem ipſe Pater ſecundum humanitatem conſtituit iam immutabilem heredem vniuerſorum, id eſt, poſſeſſorem omnium creaturarum, atq; totius mundi Dominum, vt iam non ſit tantum Iacob: funiculus hereditatis eius, ſed fiat quod ſcriptum eſt. Dabo tibi gentes in hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terre.* Hæc D. Anſelm. Conſentit. D. Thomas lect. 1. in epiſtola ad Heb. *Conſequenter*, inquit, *oſtendit magnitudinem donationis Chriſti cum dicit, quem conſtituit heredem &c. quia ut dicitur Gal. 4. ſi filius, & heres per Deum; In Chriſto autem ſunt due nature, ideſt, diuina, & humana, ſecundum ergo quod eſt filius naturalis, non eſt conſtitutus heres, ſed eſt naturalis, ſed inquantum homo factus, eſt filius Dei Rom. 1. Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem, &c. & ſecundum hoc conſtitutus eſt heres vniuerſorum ; ſicut verus filius patris Math. vlt. Data eſt mihi poteſtas, & hoc quantum ad totam creaturam, inqua accepit dominationem. Item non tantum quo ad vnum genus hominum, ſed vniuerſorum ſilicet; tam Iudeorum, quam Gentilum pſal. Poſtula à me, & dabo tibi &c.* Hæc D. Thomas Idem docent Theoderet. Theoph. Oecumenius Photius, Ambroſius, Sedulius, Bruno, Magiſter Sent. & alij.

In

In eadem Epiſtola cap. 2. ait. *Conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. In eo enim quod ei omnia ſubiecit nihil dimiſſit non ſubiectum ei.* Hiſce verbis omnia Chriſto homini eſſe ſubiecta affirmat, ita vt nihil relictum ſit nõ ſubiectum, vno excepto Deo, ſic etiam expoſuit Griſoſt. homil. 4. in epiſtola ad Heb. *Hoc enim etſi de communi humanitate dictum eſt, veruntamen proprie aptatur ad Chriſtum ſecundum carnem. Nam illud omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, ad illum magis pertinet, quam ad nos. Filius quippe Dei cum nihil eſſemus, nos inuiſit, & carne ex nobis aſſumpta ſibiq́; adunata omnibus ſuperior eſt effectus, in eo enim quod ſubiecit ei omnia nihil reliquit illi non ſubiectum. Quomodo ergo non omnia ſubiecta ſunt?* Et homil. 39. in 1. Epiſt. ad Cor. inquit. *Sed quid eſt illud cum tradiderit Regnum? Regna Dei ſcriptura duo nouit, alterum adoptionis, & familiaritatis, alterum creationis, omnium igitur Iudeorum, Ethnicorum, Demonum, & aduerſariorum opificij, & creationis lege Rex eſt, fidelium vero, & vltro ſe ei comittentium ſubiectorumque familiaritate, & cura. Hoc Regnum etiam principium habere dicitur de hoc enim pſalmo 2. Poſtula (inquit) a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam; & diſcipulis ipſe. Data, inquit, mihi omnis poteſtas à patre eſt; accepta genitori omnia ferens, non quod non ſufficeret ipſe; ſed quod filius, & non ingenitus eſſet, oſtendens, hec igitur tradet ideſt reſtituet.* Hæc ille. D. Aug. hec verba exponens in expoſitione pſalmi 8. ait. *Quando quidem, & Angeli ſunt opera manuum Dei, etiam ſuper Angelos conſtitutum accipimus, vnigenitum filium, quem minutum paulominus ab Angelis per humilitatem carnalis generationis, atq; paſſionis audimus, & credimus Omnia, inquit, ſubieciſti ſub pedibus eius, nichil excipit cum dicit, omnia, & ne aliter liceret intelligi, ſic Apoſtolus credi iubet; cum dicit excepto eo, qui ei ſubiecit omnia; Et hoc ipſo huius pſalmi teſtimonio vtitur ad Heb. cum ita vult omnia intelligi, eſſe ſubiecta Domino Noſtro Ieſu Chriſto, Ut nihil exceptum ſit.* Hæc ille apertiſsime, Sic quoque exponit Beda in 2. cap. ad Heb. Remig. in comment. in 2. cap: epiſtole ad Heb. aſſerit. *Per hoc, quod homo factus eſt, conſtitutus eſt à Deo Patre ſuper opera iuſſionis eius, ſuper cæleſtia videlicet terreſtia, & inferna, qui ſecundum diuinitatis potentiam ſicut cum Deo Patre omnia creauerat, ita cum illo omnia poſſidebat. Dicendo enim conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, omnis creatura monſtratur ſubiecta eſſe illi; quia ſicut poteſtate verbi omnia creata ſunt, ita ille homo aſſumptus à verbo, cum verbo poſſidet cuncta. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius in eternitate illius, & poteſtate, vt omnis creatura illum adoret, & hoc eſt quod ipſe poſt reſurrectionis gloriam apparens diſcipu-*

lis

lis ſuis, dixit eis. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. In eo enim quod omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum ei: In eo, id eſt, in hoc dono, vel facto, quod ei omnia ſubiecit, nec cœleſtia videtur excepiſſe, nec terreſtia. ſed ita concluſit dicens. Omnia ſubiecit ei. Hæc ille. In cap. 15. prime ad Cor. dicit. *Cum tradiderit Regnum Deo, & Patri. Deus Pater omnia tradidit filio, ſicut ipſe ait. Omnia tradita ſunt mihi à Patre meo, & Paulus dicit, quod tunc ſit finis mundi venturus. cum tradiderit Regnum filius Patri ſuo, qui eſt Deus. ſed quia iſtud Regnum ſic filio a Patre, & Patri à filio traditur, vt cõmuniter ab vtroq; poſſideatur; dicendum breuiter, quod Pater homini filio à verbo aſſumpto omnia tradiderit, vt ſicut in filio Diuinitas, & humanitas vna eſt perſona, ſic vna ſit, & poſſeſſio. Illi enim homini tunc cuncta tradidit; quando ab unigenito ſuo ſuſcipi voluit. Idem filius in fine mundi Regnum Deo, & Patri tradet, cum electos ſuos, quos ſuo ſangine acquiſiuit, ad contemplationẽ cognitionemq; Dei patris perduxerit; & infra. Omnia ſubiecit, quæ fuerunt, & erunt, inimica, & amica, terrena, & ſpiritualia, ſiue cœleſtia ſubiecit poteſtati illius.* Hæc Remigius. Nec aliquid clarius deſiderari poteſt. Anſel. in hunc locum aſſerit. *Nec ſolum modo ſuper Angelos, & homines eum poſuiſti, ſed etiam ſuper omnia, quoniam omnia, quæ ſunt in cœlo, & in terra, & in inferno, & in vniuerſitate totius creaturæ, ita ſubieciſti ei, vt ſint ſub pedibus eius, id eſt, vt* nullo *ſibi modo poſſint equiparari, ſed infra ſubiaceant, vt adorent eum; & paulo infra. Nam in eo, qui ei ſubiecit omnia, nihil dimiſit non ſubiectum ei; in vniuerſitate creaturarum; hac enim intentione protulit vates iſtam vniuerſalem ſententiam, vt nullam facere vellet exceptionem, ſed vel uoluntariam, uel neceſſariam ſubiectionem omnium demonſtraret.* Hæc Anſel. D. Thomas in comment. lect. 5. his Sanctis Patribus adſtipulatus ait. *Sed poteſtatem eius oſtendit 1. quantum ad auctoritatem eius 2. quantum ad effectum ibi omnia ſubieciſti &c. Quantum ad 1. dicit conſtituiſti, quod poteſt tripliciter intelligi, vno modo quod conſtitutus eſt ſuper omnia loca, & hoc in Aſenſione, 2. dignitate, 3. poteſtate, quia ſuper omnem creaturam. Math. ult. Data eſt mihi omnis poteſtas. Sed Chriſtus in quantum Deus, non eſt conſtitutus, ſed natus, ſed conſtitutus eſt inquantum homo. Effectus poteſtatis, quia omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. conſequenter cũ dicit. In eo &c. exponit ſenſum teſtimonij. Vbi Apoſtolus 1. exponit quantum ad eius ſublimitatem, & quomodo intelligendum ſit. quia enim ſcriptura dicit. Omnia ſubiecta eſſe Chriſto nihil dimiſit, non ſubiectum ei. vnde ly omnia, non eſt diſtributio accomoda ad aliqua genera, ſed abſolute ad omnia, quia generaliter, & vtiliter ſubiecta ſunt.* Hæc ille. D. Ambroſius, & terreſtria, Chriſti humanitati ſubiecta

cta eſſe docet, ſic & Rupertus; Idem docent Vigilius lib. 1. cōtra Euthy. Greg. homil 13. in Ezech. Caſsiod. Beda, Ruffinus, in Pſalmum ſecundum, Theodoret. in comment. huius loci, & in cap. 15. Epiſtolæ 1. Cor. ſic Theoph. Oecumenius, & alij hæc loca Pauli interpretantes. En audis Apoſtolum, ſanctoſque Patres clamantes omnia Chriſto ſecundū quod homo eſſe ſubiecta, & nihil eſſe quin illi ſit ſubiectum? Nonne aiunt, omnes creaturas terrenas, & cœleſtias eſſe hæreditatem ipſius ſecundum naturam humanam? Nonne affirmant hanc poteſtatem illi traditam eſſe à primo inſtanti ſuæ conceptionis? & D. Thomas præcipuè, quam tanti facis, & merito Nonne aperte, inquit, propoſitionem hanc Pauli omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, non ſe extendi ad aliqua genera, ſed abſolute ad omnia, quia omnia generaliter ei, & vniuerſaliter ſubiecta ſunt? Quomodo ergo hæc tua doctrina, quando affirmas, Chriſtum Saluatorem noſtrum, non habuiſſe Regnum temporale, conformis erit ſacris litteris, ſanctis Patribus, & alijs Catholicis Doctoribus? Confitere igitur confitere, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & ſecundum deitatem, & ſecundum humanitatem ſemper habuiſſe Regnum temporale, licet ſecundum quod Deus habuerit naturaliter, ſecundum quod homo vero, dono eterni Patris, ſicut ſcripturæ, & Sancti Patres clamant. Sed hæc veritas in confutatione tertiæ, & quartæ propoſitionum magis, ac magis apparebit, ſed audiamus probationes huius Auctoris.

Autore.

Come diſſe à Pilato, Rex es tu? tu dicis riſpoſe; ma auertiſci, che ſe bene è ſon Rè, tutta volta Regnum meum non eſt de hoc mundo, cioe temporale.

Reſponſio.

Sed in rei veritate tantum abeſt, quod allegata verba faciant ad propoſitum eius, quin potius oppoſitum probent; ex ipſis enim Chriſtum Regem temporalem fuiſſe habemus. Audiamus ſanctum Hilarium in expoſitione Pſalm. 2. *Et neſcio, inquit, cui Chriſtum Regem eſſe ambigere ſit tutum. Latrone hoc ipſo in crucis paſſione profitente: Memento mei Domine, cum veneris in Regnum tuum; Sed non ſufficit confeſſio Latronis, Regem eſſe profitentis. Teſtantur etiam adoraturi Magi, cum interrogant, Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum? Teſtatur etiam Pilatus interrogans, Tu es Rex Iudæorum? Profitetur; & Dominus reſpondens, Tu dixiſti. Non negat interrogatus, nec gloriatur humiliandus ad mortem, cum non ſit niſi ex reſponſione confeſſio; Ita neque ſe protulit profeſſionis au-*

Ctorem; neque interrogatæ cognitionis veritatem inuidit; Sed non ſufficit reſpondiſſe, quod Rex ſit; audiamus etiam illud, & qui ſit iſte; qui Rex eſt; Princeps namque Sacerdotum etiam, cum adiuramento interrogat dicens; Adiuro te per Deum viuum, vt dicas, ſi tu es Chriſtus filius Dei? & dicit illi Ieſus. Tu dixiſti. Interrogatio nunc quoque non improbatur, ſed & iactantia, & gloriatio ſpontaneæ profeſſionis effugitatur. Quæſita tamen veritas non negatur, ac ſic verecundiæ humilitatis, & veritatis confeſſio tēperatur, vt ſit, & in reſponſione officium, & in interrogatione cognitio. Hæc ille apertiſſimè docens Chriſtum eſſe Regem; ſic etiā expoſuerunt Tertullian. contra Marcionem, & D. Thomas ſuper Ioan. Quod probat Hilarius à ſimili modo interrogandi, & reſpondendi: Cum n. interrogatus à Principe Sacerdotum. An eſſet Chriſtus filius Dei? reſpondit, Tu dixiſti; & quādo dixit Chriſtus; *Regnum meum, non eſt de hoc mundo*; non intendit negare ſe Regem iſtius vniuerſi, qui ait. *Data eſt mihi omnis poteſtas &c.* Immò dicimus, quod Fraticellorum elidit error ex Manichæorū fecibus hauſtus, qui eū terrenū, Regem negabant, vt teſtatur Thomas Beuxalmis in ſect. 6. paſsionis; & videtur argumentum Ocham, Marſilij de Padua, & Magdeburgenſium; Sed docet Chriſtus originem, & fundamentum ſui Regni, nō pendere à terrenis; ſed diuinitus; hoc eſt dono, & conceſsione Patris, in primo inſtanti ſuæ conceptionis, vt ſupra dictum eſt; vt etiā exponunt Græci. Vel dicamus, quod etſi Chriſtus fuerit Rex huius mundi ſecundum naturam humanam; dixit tamen: Regnum ſuum non eſſe de hoc mundo, eo modo, quo interrogabatur à Pilato; & accuſabatur à Iudæis (nam Reſponſio debet eſſe conformis interrogationi, ſecundum ſubiectam materiam) inſtar. ſ. ſcelerati hominis, & ſeditioſi; quod ſubuertiſſet, populum, cenſum dari Cæſari prohibuiſſet, & ſimilia, de quibus accuſabatur à Iudæis, & interrogabatur à Pilato; accipiendo nomen mundi in malam partem, ſicuti legimus apud eumdem Ioan. cap. 8. vbi loquens Saluator ad Turbas dixit. *Vos de mundo hoc eſtis, ego non ſum de hoc mundo*, & cap. 19. ad diſcipulos ſuos. *Si de hoc mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum eſt diligeret.* Attamen non poteſt negari, quod Chriſtus, & diſcipuli non eſſent in hoc mundo: licet non eſſent de hoc mundo. Accipiendo igitur nomen mundi in hoc ſenſu, Chriſtus non fuit Rex mundi, ſicut docet Cypian. in Sermone de ieiunio, & tentationibus Chriſti, ſic etiam expoſuit D. Thomas in com. ſuper Io. & D. Bonauent. lib. 2. ſent. diſt. 11. part. 1. art. 2. q. 1.

Poſſu-

Poſſumus reſpondere tertio cum Ricardo lib. 2. ſent. diſt. 1. art. 4. q. 1. & forte melius. Cum. n. dicitur Regnum meum non eſt de mundo, ſic exponi debet. Non ſum Rex cōmodo, quo de Rege intenditis, habendo in hoc mundo poſſeſſiones temporales, & honores ad vanam gloriam, & homines miniſtros ad expugnandum inimicos meos corporalibus armis; quaſi non poſſem me vindicare ſine illis; ſed in hoc mundo regno per omnipotentiam, quam in me non aduertitis. Hinc Clemens Romanus aiebat. *Sceptrum Dei, Dominus Ieſus Chriſtus non venit in iactantia ſuperbiæ, cū poſſet omnia. Sed in humilitate in tantum, vt verberatus à miniſtro Sacerdotis reſponderit; Si male loquutus ſum, argue de peccato; ſi autem bene, quid me cædis?* Hæc ille. Eadem docuit Clemens Alexand: qui propterea dicebat, Iudæos eſſe deceptos; Meſsiam expectantes, vt inſtar cæterorum, orbem terrarum armis ſubiugaret; & hominum ſtragibus. Decepit forte hunc Auctorem, quod Hæbręos decepit; quia. n. Regem Chriſtum putabant, inſtar aliorum Regum futurum, cum multitudine militum, & exercituū in magna illa externa apparētiæ mundanæ gloria; cum tamen Chriſtus, licet rerum temporalium dominium haberet; abiectus eſſe voluerit. Qua de re Cyrillus Alexand. lib. 7. in Io. cap. 9. aiebat. *Putauere Iudei Regnum à Prophetis Chriſto promiſſum, ſolum modo temporaneum eſſe debere; & inſtar aliorum Regnorum, mundanum, cum apud Hieremiam legerent. Et regnabit Rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium, & iuſtitiam: Cum tamen huiusmodi Regnum non ſit in exteriori poteſtate; aut Principatu mundi, armatura exercitus, bellatorum conſcriptione, aut Miniſtrorum ſtipatione; ſed in ſpirituali potius dominatu debet accipi, quo in mentibus fidelium regnat Chriſtus per fidem, & mandatorum obſeruationem; dixit. n. Pilato. Regnum meum non eſt de hoc mundo. Si de hoc mundo eſſet Regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudeis. Nunc autem Regnum meum non eſt hinc & in Pſalmo de ſe dicit. Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea. At vero Iudæi velamen habentes ignorantiæ inductū cordibus eorū canaliter intelligebāt Chriſtū armis, & militibus, more aliorum Regū debere Principari.* Hæc Cyrill. Qui cum dicat, q̄ Iudęi putauerūt quod Regnum Chriſti ſolum modo rerum temporalium, & bellis, & armis acquiſitum, & tutatum eſſe debebat, iam manifeſtum eſt, quod Cyrill. Regnum ipſius Chriſti, quo ad poteſtatē Regiam temporale fuiſſe, voluerit; Etſi quo ad apparatum, & apparentiam non fuiſſe mundanum inſtar aliorum Regum, ſed magis ſpirituale; & in ſpi-

rituali poſitum dominatu. Chriſtum igitur Regem fuiſſe temporalem conſtat, etſi ſecundum apparentiam ad inſtar aliorum, Regum non fuerit; & hoc pacto intellexit, cum dicit: Pilato *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Non tamen abſolute negauit ſe eſſe Regem temporalem; ſicut perſuadere conatur Auctor, ſed audiamus eius ſecundam probationem.

Autore.

La onde quando quei Populi, che furono da lui miraculoſamente ſatiati con cinque pani, & doi peſci, vouero farlo Rè Aufugit, ne caperent, & facerent ipſum Regem.

Reſponſio.

Hæc ſecunda ratio eodem morbo laborat cum prima. Hoc enim facto non negat Chriſtus, ſe eſſe Regem; erat namque vere Rex ſicut docet Auguſt. tract. 25. in Ioan. inquiens. *Quare autem aſcendit, cum cognouiſſet, quia eum vellent rapere, & Regem facere? Quid n. Non erat Rex? qui timebat fieri Rex? Erat omnino. Nec talis Rex, qui ab hominibus fieret; ſed talis Rex, qui hominibus Regnum daret.* Hæc ille. Sed aufugit, vt daret nobis exẽplum fugiendi honores, & acceptandi labores. Nam & Chriſtus, ſi ſit Rex vniuerſorum, venit tamen in mundum, non vt quæreret vanam ſæculi pompam; ſed potius, vt homines doceret vanam mundi fugere gloriam; Ideo fugit in montem; ſic ex hoc loco præcipue docet Cryſoſt. homil. 41. in Ioan. inquiens. *Quid tandem; vt humanarum dignitatum contemptus nos admoneret; vt oſtenderet nullis ſæcularibus rebus indigere, qui enim vilia elegerat, matrem, Domum, Patriam, victum, veſtimenta, quid terrena appeteret? Cœleſtia Illuſtria erant, & magna, Angeli, ſtelle, Pater, & ſpiritu, teſtimonium perhibente. Prophete ipſum iam pridem annunciantes, Terrena omnia ei vilia erant, vt hoc pacto clarius eius poteſtas appareret. Seceſſit igitur in montem eruditurus nos, vt ſæcularia contemnamus, neque huius vite claritudinem admiraremur, ſed contemptis his omnibus futura optaremus; complecteremur, amaremus.* Hæc ille. Ecce quomodo Chriſtus fugit ne raperent, & facerent eum Regem, non quod non eſſe Rex huius mundi, etiam ſecundum naturam humanam, ſed vt nobis exemplum preberet, vt mundi huius vanitates fugeremus & cœleſtia amaremus.

Autore.

Non volle giudicare alcuno, unde riſpoſe à quelli che voleuano, che ei ſententiaſſe in vna loro contrauerſia. Quis me conſtituit Iudicem ſuper nos?

Reſpon-

Reſponſio.

Ex his verbis colligi non poteſt, Chriſtum non eſſe Regem, cum ſi vellet inter illos iudicare potuiſſet. Nam Auguſtin. in expoſitione Pſalmi 108. de temporalibus litibus iudicandis loquens eorum, qui ad ſe veniebant ait. *Non poſſum dicere. Quis me conſtituit iudicem, & diuiſorem inter uos? Conſtituit.n talibus cauſis Eccleſiaſticos Apoſtolus cognitores in foro probibens iurgare Chriſtianos.* Hæc ille. Itaque dicitur ex hoc loco nõ colligi, non eſſe Chriſtum Regem, quoniam ſi Chriſtus non fuiſſet Rex, & iudicare non potuiſſet, de rebus tẽporalibus, neque Eccleſia potuiſſet, quod eſt contra id, quod modo allegatũ eſt ex D. Auguſt. ſecundum doctrinã Apoſtolicã. Reſp. igitur, vt conſtat ex Luca cap. 22. cum Chriſtus ſermonem haberet ad diſcipulos, & ad Turbas. Quidam minus opportuno tempore petijt, vt hæreditatem diuideret; eius importunitatem & auaritiam reprehendere voluit. Qua propter ſtatim ſubdit. *Videte, & cauete ab omni auaritia.* Ex hoc loco igitur ſolum habetur Chriſtum noluiſſe eſſe iudicem, quo ad illum actum per ſe exercendum, veluti, quod impedimentum afferret prædicationi verbi, exemplo ſuo Eccleſiaſticos docere volens rebus ſæcularibus non ſeſe implicare debere; quando rebus maioribus momenti ſunt impedimento; cum rebus maioris momenti præcipue illi vacare debeant, ſic expoſuerunt Ambroſius, Theophilact. & Beda in hunc locum; & hunc ſenſum expreſsit D. Bernardus lib. 1. de conſideratione ad Eugenium inquiens. *Non quia indigni nos; ſed quia indignum nobis, talibus inſiſtere, quippe potioribus occupatis.* Et D. Bonauentura in hunc locum. *Verum eſt vtique, ſicut dicitur in Pſalmo, quod ipſe conſtitutus eſt Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, & quod inditione eius cuncta ſunt poſita; ſed quia Deus miſerat eum ad ſpiritualia communicanda; Ideo deſcendere recuſabat ad temporalia diuidenda.* Hæc ille. His omnibus ſubſcribens Lyran. in comment. aiebat. *Hic Chriſtus diſſuadet tertium trahens à fide, quod eſt immoderata concupiſcentia terrenorum, ubi præmittitur cuiuſdam cupidi petitio dicentis Chriſto. Magiſter dic fratri meo, ut mecum diuidat hæreditatem; inconuenienter petebat, quia non erat locus, neque tempus, nec Chriſtus erat temporalibus intentus; immò ea contemnere docebat, & ideo Chriſtus reſpondit ei. Homo carnalis & rudis, & terrenu. Quis me conſtituit &c. Similiter Apoſtoli Actorum ſexto ut poſſent uacare uerbo Dei, curam temporalem à ſe abiecerunt dicentes. Non eſt equum nos derelinquere uerbum Dei & miniſtrare menſis.* Hæc ille. Et tamen Apoſtoli ſi vellent

menſis miniſtrare poterant: ſic Chriſtus ſi voluiſſet inter fratres diuidere, potuiſſet.

Autore.

Anzi conobbe Pilato miniſtro di Ceſare per ſuo giudice. Non haberes in me poteſtatem, niſi tibi Data eſſet de ſuper, come nota S. Thomaſo nell'Epiſtola alli Romani.

Reſponſio.

Hic obſeruandum venit, Auctorem iſtum, textum Io: corrumpere; nam ipſe legit. *Niſi tibi Data eſſet de ſuper,* quaſi quod verbum illud; Data, referatur ad poteſtatem, & ſenſus ſit, quod Pilatus non haberet poteſtatem in Chriſtum, niſi à Deo mediante Ceſare ipſe Pilatus conſtitutus eſſet Iudex Chriſti ipſius; ſed tex: Io: non legit, Data; ſed, datum. *Non haberes in me poteſtatem vllam, niſi tibi datum fuiſſet deſuper.* Hoc eſt permiſſum à Deo, vt notant Greci expoſitores, ſic docet Griſoſt. humil: 8. in Io: dicens. *Atqui ſi datum erat, neq; hic, neq; illi rei erant criminis? Fruſtra hec dicis, hoc verbum (Datum) In hoc loco permiſſum eſt Quaſi diceret permiſſit hec fieri. Non tamen propterà vos non accuſandi. Hec ille. Et Cyrill. Alexand. lib. 12. in Io: cap. 22. ait. Tibi Datum eſt de ſuper ait Chriſtus, quia non coacte; ſed propria voluntate paſſus. De ſuper, ait, quia ipſe vnigenitus ſeipſum obtulit conſenſu Patris, quaſi dicat conceſſit, conſenſitq; Pater vna cum filio.* Hæc ille, eodem pacto, Theophila. & Euthym. expoſuerunt.

Et pro maiori intelligentia obſeruandum venit, quod Chriſtus vt Deus nulli erat ſubditus, qui eſt Dominus omnium. Chriſtus ſecundum quod homo ex vnione hypoſtaſica erat ſuperior omni poteſtate creata; & ideo nihil poterat in eum Pilatus, niſi ex Dei permiſsione. Si etiam Chriſtus fuiſſet homo purus ſicuti arbitrabatur Pilatus, cum eſſet Iuſtiſsimus; nihil poteſtatis habebat Pilatus in Innocentem Chriſtum. Iudices enim contra inſontes nihil poſſunt; eſt enim Iudex legis miniſter; lex autem non propter iuſtos; ſed propter iniuſtos poſita eſt. Ideo Pilatus non poterat ſecundum ius quicquam contra Chriſtum: quod vero de facto, & nō de iure fecit, permiſsio fuit Diuina; Ceterum non numquam ex arcano Dei conſilio permittuntur iuſti iniurias pati. Illud non eſt quia iudex iure poſsit illas inferre, etſi defacto inferat; Sed vel quia ad profectum proprium, vel aliorum permittere expedit. Permiſsit autem Deus, vt Chriſtus à Pilato, & Iudeis torqueretur, & iudicaretur, non ad Chriſti Spiritualem profectum

fectum, etiam ſi ceſsit tortura huiuſmodi ad gloriā Chriſti corporalem; ceterum ad totius generis humani ſalutem, hoc permiſſum eſt, Itaq; manifeſtum eſt Pilatum Iudicem Chriſti de Iure nō fuiſſe, etſi de facto, neq; Chriſtum illum tamquam Iudicem recognouiſſe, etſi dixerit. Non haberes in me poteſtatem &c.

Nec aliud intelligit D. Thomas ſuper epiſtolam ad Romanos cap. 13. ibi enim S. Doctor oſtendit quod omnis poteſtas ſit à Deo, vel cauſaliter, & effectiue, vel permiſsiue de pº exemplū affert ex Daniele cap. 4. *Dominabitur excelſus in Regno hominum, & cuicunq; voluerit dabit illud.* De permiſsione verba Io: cap. 19 *Non haberes poteſtatem aduerſus me vllam, niſi datum eſſet tibi deſuper, hoc eſt,* à Deo fuiſſet permiſſum. Autore.

Finalmente comandò, che il tributo ſi pagaſſe al Prencipe Seculare, cioè Ceſare. Redite quæ ſunt Ceſaris Ceſari.

Reſponſio.

Neſcio vidère, quomodo valeat hæc conſequentia, Chriſtus præcepit cenſum dari Ceſari, ergo non eſt Rex temporalis; ſicut ſi Rex Gallorum, vel Hiſpaniarum præciperet, vt ea quæ ſua ſunt, Imperatori redderentur. Ideo non eſſent Reges. Rex Hiſpaniarum ſoluit tributum Eccleſie ob regnum vtriuſq; Sicilie; igitur nō eſt Rex; neſcio videre quomodo curat hec conſequentia. Præcepit igitur Saluator noſter, vt daretur cenſus Ceſari ab his, qui illi ſubiecti erant, quia lex eius non eſt ad hoc vt politias euertat: Nam etſi ipſius omnia erant, quia tamen principaliter Spiritualia quærebat; & temporalia ſpernebat; ideo dixit. *Redite quæ ſunt Ceſaris, Ceſari, & quæ ſunt Dei, Deo;* Sic expoſuit S. Hilarius. *O plenam miraculi reſponſionē, & perfectam dicti cœleſtis abſolutionem. Ita omnia inter contemptum ſeculi, & contumeliam ledendi Ceſaris, temperauit; vt curis omnibus, & offitijs humanis deuotas Deo mentes abſolueret. Cum Ceſaris quæ eius eſſent reddēda decernit; Extra querelā iniurie eſt Ceſari redhiberi quod Ceſaris eſt, Deo autem quæ eius ſunt propria reddere nos oportere, corpus, animam, voluntatem.* Hæc ille. Cui ſubſcribens Euſebius Emiſenus inquit. *Nihil enim eſt quod Dei non ſit; iſtud tamen ſpecialiter eius eſſe dicitur, quod magis ab eo diligitur; Diligit enim omnem ſuam creaturam ſecundum illud, Miſereris omnium Domine, & nihil odiſti eorum quæ feciſti, ſed illam precipue diligit, propterquā fecit cæteras creaturas. Sua igitur imago reddatur Ceſari, & ſua imago reddatur Deo. Ad imaginem namq; Dei factus eſt homo.* Hæc ille. Sic etiam expoſuerunt, Griſoſt. Beda, & alij.

Auto-

Autore.

Alcuni s'appongono à queſta noſtra propoſitione con dire, che ſe bene Chriſto pagò il tributo à Ceſare per ſe, & per S. Pietro tuttavolta diſſe, che non era obligato à pagarlo. Nunquid filii debent ſoluere tributum? nel che moſtrò l'autorità di Principe temporale, il quale è eſſente dal tributo. A queſto dubbio ſi riſponde, che quelli dal paeſe, come dicono alcuni Dottori, chiamati con il nome di filij, non erano obligati à pagar quel tributo, & eſſendo egli del paeſe, & S. Pietro ancora affirmò, che non erano obligati; O per dir meglio volle accenare la ſua Santiſſima Diuinità, & dire, che come figliolo di Dio, non era obligato à pagar il tributo. Ma perche à rendere queſta ragione era troppo alto, & per fondo Sacramento, delquale erano incapaci quelli eſſattori del Principe, diſſe. Sed ne ſcādalizernetur, doue ſi vede quanto conto fece il Saluatore di non ſcandalizare i miniſtri del Principe Seculare, con allegare vna vera, & reale, ma non da loro inteſa eſſentione.

Confutatio.

Nunc Auctor iſte ſibi ipſi obijcit locum illum Math. cap. 17. quando dicit Math. *Cum veniſſet Capharnaū, acceſſerunt, qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt: Magiſter veſter non ſoluit didrachma? At ille ait, Etiam. Et cum introiſſet Petrus domum, præuenit eum Ieſus dicens; Quid tibi videtur Simon? Reges terre, à quibus accipiunt tributum, vel cenſum, à filijs ſuis, an ab alienis? At ille ait. Ab alienis. Dixit illi Ieſus. Ergo liberi ſunt filij, Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui &c.* Hunc, inquam, locū ſibi obijcit Auctor; & inqt quod quidam ex his verbis probare nituntur Chriſtum fuiſſe Regem temporalem, cum dixit filios Regum liberos eſſe à tributo; & quod ipſe erat filius Regis, & hoc verum eſt; Ex hoc loco colligi Chriſtum fuiſſe Regem temporalem; ſed nos ex multis alijs locis oſtendimus ipſum habuiſſe vniuerſale Dominium rerum temporalium ſecundum quod homo, quod etiam magis, ac magis apparebit inferius. Sed ad hec verba duas affert ipſe reſponſiones, vt ex eius tex: manifeſtum eſt, quarū 1. futilis eſt, & vana quādo ait, ꝙ Iudei ad di dragma nō tenebant, vt affirmat D. Thomas, ſed vnde erat illud tributum D. Thomas dicit, quoſdam dixiſſe ex lege nempe Exod: cap. 3. *Media pars ſicli offeretur domino; Qui habetur in numero à Viginti Annis; & ſuper dabit pretium.* D. Hieronimus autem dicit, quod non ex lege Dei, ſed Imperatoris Iudea nuper tributaria erat Romanorum, vt pro capite cenſum ſolueret; cui aſſentit D. Thomas. Lyranus autem

ſuper

ſuper illud Math. cap. 22. *Reddite que ſunt Ceſaris Ceſari*, ait, quod Iudei iurauerunt fidelitatem, & reddere tributum Romanis à tempore Pompei, qui Iudeam fecit tributariam Romanis. Ex his omnibus habemus, quod Iudei tenebantur ſoluere tributum, & ideo Chriſtus cum eſſet Iudeus, tenebatur ſoluere tributum, ſi ex alia cauſa non fuiſſet liber. Quare prima reſponſio Auctoris nulla eſt.

Reſpondet 2º quod Chriſtus dixit ſe nõ teneri ad ſolutionẽ tributi, quia erat filius Dei, quæ expoſitio videtur quoq; eſſe Griſoſt. Sed in rei veritate credo hoc nõ ſufficere, nam quando dixit Chriſtus ergo liberi ſunt filij, oſtẽdit ſe vere ex Regum Iuda ſanguine ortum ſecundum carnem; nam filij Regum liberi ſunt à tributo, filij non quomodocunq; ſanguine coiuncti; ſed qui per lineam rectam originem trahunt. Ideoq; ſe vocat filium; qui quidem reddere non tenebãt tributũ. Nec videtur hic de filiatione tm̃ Diuina agere cum querat à Petro. *Num Reges terre accipiunt cenſum à filijs ſuis an ab alienis?* veluti ſe filium denotans, hoc eſt qui vere deſcendat ſecundũ carnem ex Regibus Iuda, & à tributo, omni modo ſit exemptus. Dominus .n. etſi cetera mundi deſpexerit, ex ſanguine tamen nobiliſsimo originem traxit; nempe ex ſtirpe Regia ſilicet Dauidis progenie, ceterorumq; Regum Iuda. Hoc modo exponit Alcuinus. *Dixit illi Ieſus; Ergo liberi ſunt filij. Ac ſi diceret, ſi filij Regum liberi ſunt à tributo, ego qui ſum filius Regis Eterni, atq; de ſtirpe Regis Terreni generatus, à tributo liber eſſe deberem; Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare &c.* Adſtipulatur S. Doctor in expoſititione ſuper Math. inquiens. *Ex hoc vult argumentari, quod cum filij Regum non ſoluant tributum, quod ipſe non tenetur, ipſe enim eſt Rex Regum, per quem omnes regnant; Item ſecundum carnem erat ex ſemine Regio, quia factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem.* Hæc D. Thomas. Eodem pacto exponit Lyranus. *Ergo liberi ſunt filij; ipſe autem Chriſtus erat filius Dei ſecundũ naturã Diuinam, & per conſequens nulli ſubiectus, ſimiliter ſecundum naturam humanam erat filius Dauid; & per conſequens liber à tributo.* Hæc ille. Ecce igitur quod Chriſtus liber erat à tributo ſecundum naturam humanam, quia de Regia ſtirpe Dauid, & Regum Iuda, & ſic fuit Rex temporalis.

Nec ſolum fuit Rex temporalis, quia habuit poteſtatem rerum temporalium, ſed etiam quia recepit exteriorem quandam decentem gloriam, & dignitatem Regiam; & hoc fuit quando, ſtella duce, Magi Chriſtum ſicut Regem quæſierunt, *Vbi eſt*, inquiunt,

qui natus eſt Rex Iudeorum? & Chriſto veluti Regi munera myſticis donis obtulerunt, & Regem cum agnoſcetes; ſicuti Patres docuerunt, ſic ait Cyprianus in ſermone de ſtella, & Magis. *Munera proferunt de Theſauris, & Domino aurum, & odoramenta præſentant profitentes ex ratione munerum, de eo, quem adorabant, quid crederent, quid ſentirent: In auro Regem, in thure Sacerdotem, in mirrha incorruptibilem, quam vis paſſibilem profitentur.* Hæc ille. Hilarius in comment. ſuper Math. inquit. *Deniq; oblatio munerum intelligentiam in eo totius qualitatis expreſſit; in auro regem, in thure Deum, in mirrha hominem confitendo. Atq; ita per uenerationem eorum, ſacramenti omnis eſt couſumata cognitio, in homine mortis, in Deo reſurrectionis, in Rege Iudicij.* Hæc ille. Gregorius Nyſenus in oratione in diem Natalis Chriſti aſſerit. *Peregrini, & a teſtamentorum promiſſione, benedictioneq; Patrum alieni ſunt Magi, qui cognitione Populorum, anteuertunt, & cæleſtem, agnoſcentem lucem; & in ſpelunca Regem non ignorantes, & paulo infra. Herodes autem audiens turbatus eſt; omniſq; Hiroſolima cum illo. Hi, & tamquam Deo thus offerunt, & auro dignitatem Regiam colunt:* Hæc ille. S. Leo magnus in ſermone primo de Epiphania adſtipulatur inquiens. *Adorant in carne verbum, in infantia ſapientiam, in infirmitate virtutem, & in hominis veritate dominum maieſtatis; atq; ſacramentum fidei ſue intelligentieq; manifeſtant, quod cordibus credunt muneribus protestantes, thus Deo, mirrham homini, aurum offerunt Regi,* & ſermone 4. dicebat. *Superfluo Herodes timore turbaris, & fruſtra in ſuſpectũ tibi puerum ſeuire moliris, non capit Chriſtum Regia tua, nec mundi Dominus poteſtatis tuæ ſceptri eſt cõtentus anguſtijs; Quem in Iudea Regnare non vis vbiq; regnat, & infra. Priuſquam labores itineris inchoarent, eum ſignari ſibi intelligerent; Cui in auro regius honor, in thure Diuina veneratio, in mirrha mortalis confeſſio deberetur.* Hæc S. Leo. Idem docuerunt Iren. lib. 3. aduerſus hereſes cap. 10. Theophil. Alexand. in comment. in Math. Gregorius Nazianz. Gregorius magnus. Maximus; Ambroſius, & alij plures. Ecce igitur quomodo Chriſtus à Magis gloriam, & dignitatem Regiam exteriorem, decentem tamen, quando eum tamquam Regem confeſsi ſunt, adorantes, & aurum offerentes, accepit. Supereſt modo, vt oſtendamus, Chriſtum Saluatorem noſtrum Regiam poteſtatem, & Iudiciariam exercuiſſe, & rationibus aduerſarij ſatisfaciamus, vel vt rectius dicam reſponſiones eius, nullius eſſe momenti manifeſtemus.

Primo exercuit Chriſtus Regiam dignitatem, quando adulte-

ram abſoluit, vt legitur apud Io: cap. 8. Sed circa factum iſtud conſiderandum eſt, quod Iudei, qui adduxerunt mulierem illam ad Chriſtum habebant ſanè ordinarios Iudices, apud quos mulieris huius cauſa erat reſoluenda; At vero, vt Domino pararent laqueos, non ad ordinarios ſe conferunt iudices, ſed ad Chriſtum. Porrò autem Chriſtus, qui ſuas inſidias callebat egregie ſcribens in terra peccata accuſantium, & teſtium, illos ſubmonit ab accuſatione, & teſtificatione, & fecit cauſam mulieris deſertam, ſublatis vero accuſantibus, & teſtificantibus non extantibus, abſoluit ream ſecundum legem. Et enim lex non damnabat, quam nullus accuſabat, ſi enim probatio legitima non erat, contra reum, abſoluendum iubebat. Et hoc eſt, quod Dominus inſinuauit, dicens. *Mulier vbi ſunt, qui te accuſabant?* Dominus igitur vere abſoluit mulierem, ſecundum legem, mirabili vtens induſtria, abigendo ſillicet accuſantes, & teſtes, etiam ſi de teſtibus ibi nihil memoretur Euangeliſta, ſed neceſſe eſt intelligere adfuiſſe teſtes, quos ſecum adduxerunt Iudei, ad probandum ſuam accuſationem, quia non poterat eſſe accuſator, qui teſtis. Cum igitur receſſiſſent, Accuſatores, & teſtes, erigens ſe dixit ad mulierem. *Mulier, vbi ſunt, qui te accuſabant? Nemo te condemnauit? Quæ dixit. Nemo Domine. Dixit autem ei Ieſus. Nec ego te condemnabo, vade, & noli amplius peccare* Cum itaq; mulier reſpondiſſet: *Nemo Domine*. Me condemnauit. Dominus pronunciat. Confirmo abſolutionis ſententiam. *Neq; ego te condemnabo.* Quo in loco dicit Aug. trat. 33. in Io: *Ecce Dominus in reſpondendo, & iuſtitiam ſeruaturus eſt, & à manſuetudine non receſſurus.* Et Cyrill. Allex. inquit: *Non quod ignorauit ipſos diſceſſiſſe, ſed vt exemplum daret his, qui in Iuditio quemq̃ abſoluturi ſunt ab aliquo crimine obiecto, ipſos liberum debere concedere accuſantibus audiendis locum; quo dilucidius conſtet eius, qui liberatur, innocentia, & integritas.* Hæc ille. Nec ambigendum eſt An iudicium illud fuerit ſpirituale, vel temporale, cum ibi ageretur de cauſa ſanguinis & mortis. An ſilicet adultera ſecundum legem Moiſis eſſet lapidanda, nec ne, quod pertinet ad poteſtatem temporalem, & coactiuam.

Poteſtatem Regiam, & iudiciariam exercuit quoq; Chriſtus, quando eiecit vendentes, & ementes de templo, vt legitur apud Io: cap. 2. & apud Math: cap. 21. Marci 11. & Luce 19. Nec Principes Iudeorum auſi ſunt manus in Chriſtum inijcere, nec illi, quorum es erat effuſum, & menſe ſubuerſe, cum eos inſtar puerorum

flagellis cecidiſſet. Hinc Origenes in Io: ait, *Præſens enim hiſtoria, non minus mirabilis eſt, quã geſta miracula, quin etiam virtutem maiorem pronunciare poſſumus, quam quod in Cana Galileæ ſit aqua in vinum mutata, nimirum quod ille inanimem materiam mutauit; hoc vero in loco tot miriadũm ingenia præſtantiſſimaſq; animæ partes ſubiugarit.* Hæc Origenes Chriſti potentiã oſtendens cum iactura etiam rerum temporaliũ hominum illorum, qui vendebant, quorum æs effudit, cathedras, & menſas euertit, & magna ignominia flagellis inſtar puerorum cecidit. Ex verbis iſtis Chriſtum poteſtatẽ iudiciariam exercuiſſe affirmat Panormittanus in cap. Nouit de iudicijs inquiens. *Chriſtus vtranque poteſtatem in hoc ſeculo exercuit, quando voluit. Vnde flagello facto de funiculis eiecit vendentes, & ementes de templo, Cathedras vendentium Columbas euertit, & menſas nummulariorũ, vt habetur Math. 21.* Hæc ille. Et vna cum eo pari modo explicant Inn. Hoſt. Io: And: Archidiaconus, & alij. Nec illud quod dicit Auctor iſte eſt alicuius momenti, nempe Chriſtum hoc feciſſe, tamquam Prophetam; quapropter Euangeliſta adducit illud pſalmi. Zelus domus tuæ comedit me. Hæc. n. reſponſio nulla eſt, quia cum eieciſſet vendentes, & ementes; His qui vendebant Columbas dixit. *Auferte iſta hinc, & nolite facere Domum Patris mei, Domum negotiationis.* Quibus quidem verbis vocat templum, Domum Patris ſui, non noſtri vt ſuam Diuinitatem patefaceret. Vnde dicit D. Hieronimus, quod nunquam legimus, quod Chriſtus tantam vendictam exercuerit ſicut nunc. Multa. n. opprobria ſæpe audiuit, & nunquam vindictam expetijt. Et hoc, vt declarat Albert. quia aliæ iniuriæ erant ſuo propriæ, ideo illas noluit vendicare, iſta autem erat iniuria Patris, ideo eam vindicauit, vt nos doceret iniurias proprias debere dimittere, iniurias vero Dei vendicare ſeuere. Et ſic patet, quod zelo Dei Patris Saluator impios negotiatores eiecit de templo. Si igitur Chriſtus ſuam Diuinitatem patefecit eiciendo mercatores de templo, non ſicut Propheta hoc fecit, vt in reſponſione dicit Auctor iſte.

Auctore.

Altri dicono, che quando mandò i diſcepoli, che li menaſſero l'Aſina, & l'Aſinello, ordinò loro che diceſſero al Patrone. Quia Dominus his opus habebat, cioè il Patrone di tutto il mondo. Ma non s'intende così quel loco per ritrarne l'authorità di Principe, ma ſi bene per accenare, che il Sig. del cielo, & della terra, era ad ogni modo tanto pouero, chè gli conueniua dimandare

impre-

impreſſo, quei giumenti, come eſplicano i Dottori; Et la ragione ſi è perche ſe haueſſe voluto eſſercitare l'autorità di Principe, non haurebbe detto. His opus habet, ma quia Dominus ita præcipit, ò in altro modo.

Reſponſio.

Chriſtum Regiam poteſtatem exercuiſſe cum diſcipulos ſuos miſsit, vt Aſinam, & pullum eius aducerent clariſsimum omnibus eſſe debet. Nam dixit illis. *Si quis vobis aliquid dexerit, dicite; Quia Dominus his opus habet, & confeſtim dimittet eos.* Omnium proculdubio ſe oſtendit Dominum; quoniã Dominum abſolute ſe dicit, non Dominum Ieruſalem, vel Iudeæ, ſed Dominum vniuerſorum. Hinc Griſoſt. *Nam vtraq;*, ait, *iſta pariter mihi mirabilia & in audita ui dentur. Non enim parum eſt, cum traherentur iumenta nihil dixiſſe, & ſi dixerunt, cum audiſſent, quia Dominus illis indigeret, ceſſiſſe, & maxime cum non ipſum, ſed diſcipulos eius uiderent. Hinc omnes docet Iudeos in ipſum irruentes ſolo nutu reprimere potuiſſe.* Hæc Griſoſt. Et D. Thomas inquit. *Quod uero ſequitur, etſi quis aliquid nobis dixerit, ad poteſtatem pertinet, Vnde ſi quis dixerit contra dicendo 1. ſi quis uoluerit contra dicere, dicetis, quia Dominus his opus habet, & confeſtim dimittet, In hoc oſtenditur virtus Chriſti; quia non propter Apoſtolos dimiſiſſent, niſi hoc fieret opere Chriſti inuiſibiliter cor immutatis.* Hæc ille. Exquibus omnibus habemus, quod etſi non dixit, quia Dominus ita præcipit, hoc tamen dixit per verba equiualentia, imo magis manifeſta, cum ſe Dominum abſolute omnium vocaret.

Auctore.

Finalmente quelli da quali queſta noſtra propoſitione è giudicata difficile à prouarſi uniuerſalmente dicono, che Chriſto, quando entrò in Gieruſalemme trionphante il dì delle Palme, eſſercitò l'autorità di Principe temporale, onde l'Euangeliſta allega la Prophetia. Ecce Rex tuus uenit tibi manſuetus, ſedens ſuper Aſinam, & ſuper pullum filium Aſine. Ma chi ben conſidera il fatto, in tratto s'accorge, che ſe bene il Saluatore era il promeſſo Re, & Meſſia tutta uolta entrando in Gieruſalemme, à quel modo uile & abietto, non eſſercitò l'authorità di Principe temporale. Anzi più preſto diede ad intendere, che il ſuo Regno non era (come diſſe à Pilato) de hoc mundo, ma ſi bene Spirituale, & eterno, perche i Regi temporali entrano in altra pompa nelle Citta del ſuo Regno, che non fece Chriſto, il quale entrò in Gieruſalemme poueriſſimamente, ſedens ſuper Aſinam, & pullum filium Aſine.

Reſponſio.

Poteſtatem, gloriamquæ Regiam Chriſtum recepiſſe, eaque

vſum eſſe conſtat, quando ſedens ſuper Aſinam, & pullam eius ingreſſus eſt Hieruſalem; pueri Hebræorum illum gloria Regia cum ramis palmarum Regem Iſrael acclamarunt, quæ quidem gloria prædicta fuit à Zacharia Propheta capit. 9. *Ecce Rex tuus uenit tibi iuſtus, & Saluator, ipſe pauper, & aſcendens ſuper Aſinam, & pullum filium Aſinæ.* Vbi Zacharias pauperē vocat, quia licet Chriſtus, omnium Dominus, & Deus eſſet, quo pateretur factus eſt noſtri cauſa egenus, & pauper. Propter nos egenus factus eſt, cum eſſet diues. Et in rei veritate, ſi perpendātur verba iſtius Auctoris, manifeſte apparebit deceptum fuiſſe, ſicut Hæbræi exiſtimantes Chriſtum Regem futurum iſtar aliorum Regum; cum multitudine militum, & exercituū, in magna illa externa apparentiæ mūdanę gloria, cum tamen Chriſtus, etſi haberet rerum temporalium Dominium, vilis, pauper, & abiectus eſſe voluerit; ſicuti etiam in ſuperioribus de mente Cyrilli Alex. lib. 7. in Io. cap. 9. adnotauimus. Immo nobiles in Iudæa aſinis inſidere conſueuerunt, legitur. n. lib: Iudicum cap. x. *Quòd Iair. Galadditer, qui iudicauit Iſrael per uiginti, & duos Annos, habuit triginta filios ſedentes ſuper triginta pullos aſinarum, & Principes triginta Ciuitatum, quæ ex nomine eius ſunt appellate.* Et cap. 12. in calce legitur quod *Abdon filius Elel Pharathonites, qui iudicauit & ipſe Iſrael octo Annis, habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, aſcendentes ſuper ſeptuaginta pullos aſinarum.* Ex quibus omnibus manifeſtū eſſe poteſt, quod ea, quæ Auctor iſte cōtra hoc factū Saluatoris adducit, non obſtāt quin dignitatē regiā exercuerit. Vnum tamen hic cōſiderandum eſt, quod ex verbis illis Apoc. cap. 19. *Rex Regum, & Dominus Dominantium*, quæ ab aduerſario allata ſunt ad probandum Chriſti diuinitatem; manifeſtum eſt, Chriſtum habuiſſe Regnum temporale. Nam dicit tex. *Et habet in ueſtimento, & in femore ſuo ſcriptum; Rex Regum, & Dominus Dominantium.* Significari hoc in loco Chriſtum in rebus omnibus abſolute Dominium habuiſſe ſecundum humanam naturam docet Gregor. Magnus in homil. 13. in Ezechiel: dum ait. *Quid enim ueſtimentum eius eſt, niſi corpus quod aſſumpſit ex Virgine? Et Ricardus de Sancto Victore in comment. huius loci dicit. Habet in ueſtimento, & in femore ſuo ſcriptum, Rex Regum, Dominus Dominantium, quia ſecundum ſuam etiam humanitatem, & ſecundum illam, quam de Sanctis Patribus originem habuit, ſe demonſtrat omnibus prælatum, poteſtatem namque, quam habet ſecundum diuinitatem per naturam, illam habet ſecundum humanitatem per gratiam.*

gratiam. Hæc ille. Eodem modo exponunt Primaſ. Haymo,& Ausbertus in hunc locum. Ecce igitur quomodo ſecundum humanitatem Chriſtus eſt Rex Regum, & Dominus Dominantium,& habet Regnum, & Dominium temporale omnium. Hinc iure optimo Ioan. 22. Papa damnauit Michaelem Cæſenatem, Ocham, & conſortes, negantes Chriſtum habuiſſe Regnum temporale; quare poſt multas authoritates ex ſacris litteris adductas Chriſtum Regem eſſe concludit; Verba conſtitutionis, hæc ſunt. *Regnum, & uniuerſale dominium habuit Ieſus, & in quantum Deus ab æterno eo ipſo, quo Deus Pater genuit eum, & in quantum homo ex tempore, ſilicet, ab inſtanti conceptionis, ſeu ex Dei Donatione*. Quæ conſtitutio data eſt Auinione. 16. Kalend. Decemb. Pontificatus Ioan. Anno nono,& de hac ſecunda propoſitione pro nunc dicta ſufficiant.

Terza propoſitione dell'Autore.

Non hauendo il Signore noſtro Gieſu Chriſto eſſercitato l'authorità di Principe temporale, non è il douere dire; che queſta authorita habbi laſciata à ſan Pietro, & alli ſuoi ſucceſori, liquali ſono ſoi Vicarij; atteſo che il Vicario non è da più del ſuo Principale.

Confutatio.

Quamquam hæc propoſitio ſit confutata per ea, quæ à nobis cõtra præcedentem propoſitionem allata fuere. Quoniam ſi Chriſtus ſecundum natutam humanam fuit verus Rex,& habuit,& exercuit vere poteſtatem temporalem in hac vita,& eandem cõtulit Petro; & ſucceſſoribus, quam in hac vita habuit, vt & aduerſarius ipſe fatetur, ſequitur quod contulerit Petro, & ſucceſſoribus temporalem poteſtatem; quamuis, in quam, ex his ſit confutata; ipſam tamen eſſe falſam ex proprijs oſtendamus. Demonſtrandum igitur nobis eſt ex ſacris litteris, cum Sanctorum Patrum expoſitionibus, Chriſtum Saluatorem noſtrum in Eccleſiam, ſiue in Petrum,& ſucceſſores poteſtatem Regiam, ſiue temporalem, & Sacerdotalem cõtuliſſe. Et primo ex veteri teſtamento; nã Ezechiel Propheta ſæpe vaticinatur fore, vt in Eccleſia vnus Paſtor, & vnus Princeps. Qua de re in cap. 21. minatur Iudæis fore, vt à Regno,& Sacerdotio deponantur, & vice vel loco illorum, vnus ſuſcitetur, & ait. *Tu autem prophane, impie, Dux Iſrael, cuius venit dies intempore iniquitatis præfinita, hæc dicit Dominus Deus; aufer cidarim, tolle coronam. Nonne*

hæc eſt

hæc eſt quæ humilem ſubleuauit, & ſublimē humiliauit? iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam, & hoc non factum eſt, donec veniat cuius eſt iudicium, & tradam ei. Hæc Propheta, qui procul dubio per ci larim Sacerdotalem dignitatem intelligit, nam cidaris pertinebat ad Pontificem pro vt legitur in Exod. cap. 28. de ornatu Sacerdotis præcipiebat Deus, vt cidaris fieret Aaroni; Et in Leuit. cap. 8. ſcriptum legimus texiſſe Moyſem caput Pōtificis cidari, ſuper quā verſus frontem poſuit lamiuam auream conſecratam. Erat autem cidaris vitta, qua Sacerdotis caput erat redimitum; & circumualatum. Per coronam vero intelligit Regnum. Prædicit ergo Propheta Populum Hæbræum ſpoliandum eſſe cidari, & Diademate videlicet Sacerdotio; & Regno, & ſuo tempore vtraque danda ei, cuius ſit iudicium ſ. Chriſto; cui Pater dedit poteſtatem iudicium faciendi. Sunt n. hæc verba Dei Patris, aquo Chriſtus quatenus homo fuit verus Rex, & verus Sacerdos in Eccleſia cōſtitutus; Cuius Regni, & Sacerdotij non erit finis. Et ſicut viſibili Regno, & Sacerdotio priuati ſunt Iudæi, ita fore aſſeritur, vt loco illorum aliquis ſuſcitetur nempe Meſsias; & poſt ipſum aliqua viſibilis perſona, quæ ſemper ſit in Eccleſia loco ipſius vices ſupremas Regis, & Sacerdotis in terris gerens. Quod ſolum Petro, & Succeſſoribus conuenire poteſt.

In cap. 34. eadem apertius docet Propheta, dum inquit. *Saluabo gregem meum, & non erit vltra in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus, & ſuſcitabo inter eos paſtorem vnum, ſeruum meum Dauid, ipſe paſcet eas, & ipſe erit eis in paſtorem, ego autem Dominus ero eis in Deum, & ſeruus meus Dauid princeps in medio eorum.* Hæc Propheta volens ſignificare quādam generalem poteſtatem in omnibus ipſius Chriſti ſecundum naturam humanam, ſecundum quam eſt filius Dauid, quod etiam ex antecedentibus manifeſtari poteſt; dum à principio capitis minatur Deus omnibus Paſtoribus Iſrael dicēs. *Veh paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos.* Quæ mine omnib⁹, factę ſūt paſtoribus tam ſacris, quam prophanis, ſiue Principibus ſæcularibus, & Sacerdotalibus, qui ſua poteſtate abutebātur, propterea. n. Iudęi dati ſunt in captiuitatem, & Sacerdotio, & Regno priuati Quo fit, vt D. Hieronymus, Theodoret, & alij de Regibus & Sacerdotibus hęc verba exponant. Tum etiā, vt inferius oſtendemus, q a paſcere, & Principibus ſæcularibus, & Sacerdotibus conuenit. Cum igitur ſubdit. *Suſcitabo ſuper eos paſtorem vnum:* prædicit futurum eſſe, vt ſit ali-

ſit aliquis Monarcha in omnibus, qui ſit Rex & Sacerdos, nempe Chriſtus, & cum ſermo habeatur de Paſtoribus & ouibus viſibilibus, poſt Chriſtum neceſſe eſt, vt ſit Monarcha viſibilis. Petrus & ſucceſſores; cum ſuper haſce oues fore ſit neceſſe, vt ſuſcitetur aliquis Paſtor viſibilis. In cap. 37. ait Propheta: *Ecce ego aſſumam filios Iſrael de medio nationum, ad quas abierunt, & congregabo eos vndiq, & adducam eos ad humum ſuam, & faciam eos in gentem vnam in terra in montibus Iſrael, & Rex vnus erit omnibus imperans, & non erunt vltra due gentes, nec diuidentur amplius in duo Regna, neque polluentur vltra in Idolis ſuis.* Hæc Propheta, quibus verbis fore vniuerſale dominium in Eccleſia ſub vno Rege, & paſtore prædicit. Ex his omnibus colligitur hæc ratio, qua probatur, Summum Pontificem in Eccleſia eſſe Paſtorem in temporalibus, & in ſpiritualibus. In cap. 33. vbi prædicitur quod erit vnus Paſtor: *Suſcitabo in eos Paſtorem vnum*, intelligit de Paſtoribus Eccleſiaſticis; Igitur Pontifices in Eccleſia ſunt Paſtores in ſpiritualibus, & temporalibus. Antecedens huius rationis eſt manifeſtū per interpratationes Sanctorū Patrū qui de Paſtoribus Eccleſiaſticis interpratant. Quare Clemēs Papa lib. 2. Conſtit: Apoſtolicarum cap. 18. quod oportet Epiſcopum curare, vt non peccet Populus aiebat. *Quocirca curam omnium ſuſcipe, tanquam rationem de pluribus redditurus; ac ſanos quidem conſerua, lapſos vero mone, & qui in ieiunio ptamens leua in remiſſione; & eum qui luxit recipe cuncta Eccleſia pro eo deprecante, & manu impoſita, ſine eum in Eccleſia eſſe; ſomnicoloſos; & remiſſos conuerte releua, hortare, adhibe curationem, gnarus quanta ſit tibi, ſi hæc feceris, merces propoſita. Contra vero quantum periculi ſi neglexeris. Ait in Ezechiel Paſtoribus qui Populum negligunt. Veh Paſtoribus Iſrael; qui paſcebant ſeipſos, Paſtores non oues paſcunt; ſed ſeipſos &c.* Hæc ille. Ita quoque interpratatur de paſtoribus Eccleſiaſticis. Cyprianus lib. 3. Epiſt. 13. ad Stephanum Papam. Auguſt. tom. 9. lib. de Paſtoribus cap. 1. Gregor. Magnus lib. 1. Paſtoralis cap. 2. Proſper lib. 1. de vita act. & contemp. cap. 2. Rupertus de gloria, & honore filij hominis lib. 8. cap. 9. & 10. Clemens Alexand. lib. 1. pedadog. Cyrill. Alexand. in cap. 61. Eſa. Nazian. oratione 13. habita poſt tumultum Maximi. Synodus Africana ad Cornelium Papam, Concilium Aquiſgranenſe celebratum Anno Domini 816. tempore Stephani Quinti Papæ dicti Quarti, & Ludouici Pij Imperatoris cap. 12. & 27. & 32. & multi alij Patres. Hæc pro antecedentis probatione ſufficiant. Probādo modo venit cō-

ſequentia, quæ tali ſerat; ergo Pontifices ſunt Paſtores in temporalibus & ſpiritualibus, & ſupremus Paſtor in omnibus Petri ſucceſſor. Quoniam prædicitum fore, vt vtraque dignitas Regia ſcilicet & Sacerdotalis coniū&ta ſit, in Chriſto rerum omnium Domino, vt patet ex verbis Prophetę ex cap. 21. allegatis; & ita Ezechielem exponunt D. Hieronymus in cap. 21. Ezech. vbi ait; *Poſt vrbis Hieruſalem Euerſionem, & captiuitatem Populi ad Ducem Iſrael, ſermo dirigitur, quem nemini dubium eſt ſignificari Sedechiam, in quo Regnum Iſrael de ſtirpe Dauid Imperium finitum eſt. Venit, inquit, tibi dies, quæ longo tempore definita eſt, in te, & propter te Sacerdotium, & Regnum interijt Populi Iudæorū. Cidaris enim ſigne Pontificis eſt, corona, hoc eſt, diadema Regis Inditium & paulò,* Infra. *Iniquitas non ſtatim tibi reputata eſt, ſed donec veniat Chriſtus, cuius eſt iuditium, & tradet ei Pater Regnum & Sacerdotium, vel Eccleſiam de gentibus congregatam. Non enim iudicat Pater quemquam ſed omne iudicium dedit filio. Et in alio loco. Deus, ait, iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis, iſte eſt, cui repoſitum eſt imperium, & Sacerdotium ſempiternum, de quo loquebatur Iacob. Non deficiet Princeps ex Iuda, neque Dux de femoribus eius, donec veniat, cui repoſitum eſt, & ipſe erit expectatio gentium.* Hæc Hieronymus. Ex his verbis Chriſtum accepiſſe Regnum & Sacerdotium, quæ propter ſcelera & peccata Hæbreorum perierunt, vult Hieronym. & hæc videlicet Regnum & Sacerdotium à Patre datum eſſe, ſeu Eccleſiam ex gentibus congregatā. Quibus verbis Regnū, & Sacerdotium Chriſto datū eſſe tanquā capiti Eccleſię apertè manifeſtat, vt in eā trāſtulerit regnū, & Sacerdotiū. In comm. in c. 34. ait ꝙ Propheta Paſtoribus, regib⁹ & Sacerdotibus cōminatur, & ꝙ Chriſtus loco illorum vnus Paſtor ſuſcitabitur. Et in cap. 36. aſſerit. *Et ſeruus, inquit, meus Dauid Rex ſuper eos de quo, & Angelus loquitur in Euangelio, quod regnaturus ſit ſuper domum Iacob, & regni eius non ſit finis, tanteque erit clementia, vt non ſolum Rex, ſed & paſtor appelletur, eo quod ſuperbum nomen Imperij, Paſtoris vocabulo mitiget in gentem vnam, & in terra Iſrael, ac montibus habitauerint, ambulaturi ſint in omnibus iudicijs domini.* Et in comment. in cap. 19. Eſa. cùm citaſſet locum illum Ezech. cap. 21. dicit. *Agnos nuper in baptiſmo ſunt renati, de quibus ad Petrum dicitur. Paſce agnos meos. Et in eodem Ezechiele ſcriptum eſt, ſuſcitabo ſuper eos Paſtorem vnum, vt paſcat eos, & ſeruum meum Dauid & erit Paſtor eorum. Et ego dominus ero eis in Deum, & Dauid in medio eorum princeps.* Hæc D. Hieron. Petrum

Petrum loco Chriſti; Paſtorem vniuerſalem conſtitutum eſſe indicans, de quo ab Ezechiele hoc in loco habetur ſermo.

Conſimili modo exponit Theodoret. in comment. in Ezechielem Prophetam cap. 21. Et in cap. 34. eadem docet, quæ & Hieron. nempe, quod minatur paſtoribus, regibus, & Sacerdotibus, & quod loco illorum venturus eſſet Chriſtus filius Dauid ſecundum carnem, vnicus Paſtor, & vna cum D. Hieron. exponit etiam cap. 37. Ezech. Et ſic manifeſta eſt hæc conſequentia. In Ezechiele Propheta prædicitur vnus Paſtor, intelligitur de Paſtoribus Eccleſiaſticis, ergo Pontifices in Eccleſia ſunt Paſtores in temporalibus, & ſpiritualibus, ſicuti exponunt Patres & per conſequens in Eccleſia, translatum fuit per Chriſtum regnum temporale, & Sacerdotium, quod eſt propoſitum.

Sit ſecundus locus ex Epiſtola ad Hæbræos cap. 7. cum enim Apoſtolus cap. 1. dixiſſet: *Quem conſtituit heredem vniuerſorum*, & in 2. cap. *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius; in eo autem, quod omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit non ſubiectum ei*: Quibus quidem verbis ſupremum in rebus temporalibus dominium, Chriſtum habere manifeſtauit. In cap. 5. & 7. Chriſtum fuiſſe Sacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech, & inſtar ipſius fuiſſe Regem, & Sacerdotem, adeo quod ſicut, in vna perſona Melchiſedech fuit vtraque dignitas; Regia videlicet & Sacerdotalis, ſic vtraque in Chriſto fuerit vnita, & coniuncta, in cap. 7. hæc dicit. *Neceſſarium fuit ſecundum ordinem Melchiſedech, alium ſurgere Sacerdotem; non ſecundum ordinem Aaron dici. Translato enim Sacerdotio, neceſſe eſt, vt legis translatio fiat; in quo enim hæc dicuntur, de alia tribu, de qua nullus altario præſto fuit; manifeſtum eſt enim, quod ex Iuda ſit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, in qua tribu nihil de Sacerdotibus Moyſes loquutus eſt. Et amplius adhuc manifeſtum eſt: ſi ſecundum ſimilitudinem Melchiſedech, exurgat alius Sacerdos; qui non ſecundum legem mandati carnalis factus eſt; ſed ſecundum virtutem vitæ inſolubilis. Conteſtatur enim quoniam; Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Hæc D. Paulus ad Heb. cap. 7. Ex quibus habetur propoſitum noſtrum. Nam etſi Melchiſedech fuerit Chriſti ſimilitudo quantum ad ritum, quia panem, & vinum obtulit; & quantum ad originem, quia Melchiſedech fuit ſine genealogia in ſacris litteris expreſſa. Fuit etiam ſimilitudo, quantum ad dignitatem, quoniam ſicut Melchiſedech fuit Rex, & Sacerdos, ſic etiam Chriſtus fuerit Rex, & Sacerdos ſimul. Sic docuit D. Hieron. in epiſtola ad

Euagrium de Melchiſedech inquiens. *Sic & Melchiſedech, eo quod Chananeus fuerit, & non de genere Iudæorum in typum præceſſiſſe Sacerdotij filij Dei, de quo dicitur in 109. Pſalmo. Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Ordinem autem eius multis modis interpretatur; quod ſolus, & Rex fuerit, & Sacerdos; & ante Circumciſionem functus Sacerdotio.* Et infra. *Præterea plenius eſſe tractatum in Epiſtola ad Heb. quã omnes Græci recipiunt, & nonnulli Latinorum, quod iſte Melchiſedech, id eſt, Rex iuſtus, Rex fuerit Salem i. Rex pacis, ſine patre, ſine matre.* Et infra. *Affirmat autem Apoſtolus, quod Aaron Sacerdotium populi Iudæorum & principium habuit, & finem: Melchiſedech autem i. Chriſti, & Eccleſiæ, & in præteritum, & in futurum æternum ſit.* Hæc ille. Idem docuit Gregorius Nyſſenus de occurſu Domin. Epiphanius Hæreſi. 29. in Nazarenos & hæreſi. 55. in Melchiſedechianos. Theodoretus Pſalm. 109. Quibus ſubſcribidis D. Bonauent. lib. 4. ſent. diſt. 24. parti 1. arti. 2. q. 3. in ſolutione ad primum argumentum ait. *Quod obijcitur ſecundum, ſecundum ordinem Melchiſedech, Dicendum quod hoc intelligitur ſecundum expreſſam præfigurationem, ſicuti ibidem Apoſtolus oſtendit, quia præfigurauit Chriſtum; quantum ad originem, & quantum ad dignitatem, & quantum ad ritum. Quantum ad originem, quia ſine genealogia ſcilicet expreſſa in ſcriptura. Quantum ad dignitatem, quia fuit Sacerdos, & Rex.* Hæc Bonauentura.

Cum igitur Melchiſedech fuerit figura, & ſimilitudo Chriſti quantum ad dignitatem, quia Rex, & Sacerdos; ſequitur euidenter Chriſtum fuiſſe Regem, & Sacerdotem. Et cum Apoſtolus dicat, hoc Sacerdotium tranſlatum eſſe, vt in lege Euãgelica ſit Sacerdotium ſecundum ordinem Melchiſedech; neceſſarium erit confiteri per Chriſtum tranſlatum Sacerdotium in Eccleſiam ſecundum ordinem Melchiſedech, & vt vera, & recta ſeruetur figura, & ſimilitudo, quod vtraque dignitas, quæ erat in perſona Melchiſedech, & Chriſti, per ipſum tranſlata fuerit in vnam perſonã, videlicet in Petrum & ſucceſſores, in quibus vtraque dignitas Regia, ſcilicet & Sacerdotalis vnita, & coniuncta fuerit: ſed hanc veritatem Sanctorum Patrum expoſitionibus manifeſtemus.

Epiphanius hæreſi 55. contra Melchiſedechianos inquit. *Redibo inquam ad propoſitum velut hi imaginantur de Melchiſedech, etenim iuſtus fuit, & Sacerdos Dei, & Rex Salem, ordinem vero Melchiſedech corroborans ſcriptura, & Spiritus Sanctus expreſſe docens, tranſlationem Sacerdotij oſtendit à veteri Synagoga, & conſuetudine ad conſuetudinem optimam,*

ac ſum-

ac ſummam, & carnalem ſucceſſionem non habentem, atque vnitam. Melchiſedech enim Sanctus hic non amplius poſt ſe ſucceſſionem, ſed neque Sacerdotij oblationem. Manſit enim ipſe Sacerdos per omne tempus vitæ ſuæ, & adhuc in ſcriptura celebratur Sacerdos, ita vt nemo ipſi ſucceſſerit, aut miniſterium Sacerdotij in tempore ipſius ſubuerterit, ſic, & Dominus noſter non homo exiſtens, ſed ex Deo ſanctus Deus, verbum filius Dei genitus ſine principio, & ſine tempore ſemper cum Patre exiſtens, natus propter nos ex Maria homo; & non ex ſemine viri, Sacerdotium autem patri offert ex humana natura maſſa accepta, vt pro nobis Sacerdos conſtitueretur ſecundum ordinem Melchiſedech, qui non habet ſucceſſionem. Manet enim pro nobis in perpetuum dona offerens. Ipſe ſacrificium, ipſe Sacerdos, ipſe altare, ipſe Deus, ipſe homo, ipſe Rex, ipſe Pontifex. Hæc ibi, & adhuc clarius hæreſi 29. contra Nazareos aſſerens. *Thronus igitur David, & Regia ſedes, eſt Sacerdotium in Sancta Eccleſia, quam dignitatem Regiam, ſimulque Pontificiam, ſimul coniunctim largitus eſt Dominus Sanctæ Eccleſiæ ſuæ, tranſlato in ipſam Throno David non deficiente in æternum. Et infra. Tunc vero deinceps Rex alienigena Herodes, & non amplius ſucceſſores David diadema imponebant tranſlapſa regia ſede in Chriſto ad Eccleſiam, & à domo quidem carnali Iuda, & Iſrael, regia dignitas tranſlata eſt, firmiter autem ſedet Thronus in ſancta Dei Eccleſia in æternum, ex duplici origine dignitatem habens regia, ac Sacerdotali; & regia quidem à domino noſtro Ieſu Chriſto, iuxta duos modos; & quia eſt ex ſemine David regis ſecundum carnem, & quia ipſe eſt Rex maior à ſæculo ſecundum deitatem.* Hæc Epiphanius, & quam apertiſsime docet, tranſlatum eſſe regnum, & Sacerdotium per Chriſtum in Eccleſiã, quæ Regia dignitas fuit in Chriſto, & ſecundum diuinitatem, & ſecundum humanitatem.

D. Gryſoſtomus humil. 13. in cap. 8. Epiſt. ad Heb. eadem verba exponens ait, *Quia tranſlatum eſt Sacerdotium, ergo & teſtamentum. Tranſlatum eſt autem non ordine tantum modo, neque præceptis ſed etiam tribu. Oportebat quippe, vt etiam tribus mutaretur, & quomodo? Tranſlatum eſt Sacerdotium ex tribu ad tribum, de Sacerdotali ad regalem, vt eadem ipſa ſit, & regalis, & Sacerdotalis. Et intuere miſterium; primo fuit regalis, poſtea facta eſt Sacerdotalis; ſic etiam in Chriſto, Rex quippe erat ſemper, Sacerdos autem factus eſt, quando carnem ſuſcepit, quando Sacrificium obtulit.* Hæc ille.

Adſtipulatur Theodoret. in cap. 2. Math. qui verba faciens de Tribu Iuda dicit. *Et tu Bethlem terra Iuda, nequaquam es minima in principibus Iuda; Ex te enim egredietur mihi Dux, qui regat populum meum*

Iſrael,

Iſrael, ex ea autem inquit, nullus eſt renunciatus Sacerdos; quia etiam Ozias, qui Sacerdotij munus temere inuaſit, lepram arrogantiæ ſuæ pœnam ſuſcepit, Eſt autem iure admirandum Oeconomie miſterium; quemadmodum enim Chriſtus Dominus, qui eſt Rex eternus, Pontifex noſter appellatus eſt, ita etiam tribus Iuda, que prius erat regia, ſacerdotium per Dominum adepta eſt. Hæc ibi. Et ſimilia habet in pſalmo 109. vt videri eſt.

Theophilactus & ipſe ſubſcribit inquiens. *Tranſlatum eſt autem Sacerdotium; non ſolo ritu, & modo, hoc eſt, vt non ſit amplius ſecundum ordinem Aaronis, ad regiam tribum Iuda eſt tranſportatum. Conſidera hic myſterium, primum erat regia, ſicq; facta eſt ſacerdotalis; perinde ac Chriſtus, ſemper quidem Rex, poſtea autem Pontifex factus eſt, quando carnem accepit, quando victimam obtulit.* Hæc Theophilactus.

Accedunt, & Latini Patres, vnde Ambr. *Tranſlatum eſt, inquit, ſacerdotium de Tribu ad tribum, de ſacerdotali ad regalem, vt eadem ipſa ſit. & regalis, & ſacerdotalis; & intuere myſterium; primum fuit regale ſacerdotium Melchiſedech, ſecundum conſequentiam huius ſermonis; ſecundum etiam fuit ſacerdotale in Aaron; tertium fuit in Chriſto iterum regale, qui Rex erat ſemper; ſacerdos autem factus eſt, quando carnem ſuſcepit, quando ſacrificium obtulit. Vides mutationem, quæ enim per tranſlationem facta ſunt, hæc veluti ex rerum conſequentia, quaſi noua redire videntur.* Hæc ille. Et quid ſibi vult Ambroſius, quando ait, quod hæc, quæ facta ſunt ex rerum conſequentia, quaſi noua redire videntur; niſi quod in vna perſona vtraq; dignitas regia, & ſacerdotalis eſſet in lege Euangelica, nempe in Chriſto, & poſtmodum in Petro per ipſum, & ſucceſſoribus, ſicut tempore legis naturæ in perſona Melchiſedech fuit regale Sacerdotium?

Remigius eiſdem fere verbis cum Ambroſio exponit dicens. *In quo n. ait, hæc dicuntur, id eſt de quo hæc dicuntur quod eſt ſacerdos in eternum, dominum ſignificans ſaluatorem de alia tribu eſt, quam de ſacerdotali, de illa, videlicet, de qua nullus altari praeſto fuit, hoc eſt, de tribu Iuda. Non .n. ordine tantum modo, neq; teſtamento, vel preceptis mutatum eſt, ſed etiam tribu. Et quomodo tranſlatum eſt ſacerdotium de tribu in tribum, de ſacerdotali videlicet ad regalem, vt eadem ipſa ſit, & regalis, & ſacerdotalis in Chriſto, qui eſt Rex, & Sacerdos. Intuere Myſterium. Primo fuit regale ſacerdotium in Melchiſadech ſecundum conſequentiam huius ſermonis; ſecundo autem fuit ſacerdotium ſolummodo ſacerdotale in Aaron. Tertio autem fuit iterum regale ſacerdotium in Chriſto, ſicut & primo. Vnde, & Eccleſia modo regale ſacerdotium habet, dicente Petro. Vos enim genus electum, re-*

gale ſacerdotium; Tribus ergo Iuda, ex qua dominus ortus eſt per Virginem Mariam cum ſemper regia eſſet, & numquam ſacerdotalis, in Chriſto fuit vtraq; & regalis, & ſacerdotalis, translato ex toto ſacerdotio à tribu Leui, quæ antea ſacerdotalis erat. Hæc ille.

En audis quomodo nunc temporis Eccleſia habet regale ſacerdotium, quod in ipſam per Chriſtum translatum fuit? Vtraq; igitur dignitas eſt in Eccleſia ſimul vnita, eadem prorſus verba habet Primaſius Vticenſis.

Accedit Anſelmus aſſerens. *Ex Tribu Iuda ortus eſt Chriſtus, vt eidem ſit ſacerdotalis, & regalis, vt fuit Melchiſedech Rex, & ſacerdos, de qua Tribu Moyſes nihil de ſacerdotibus eſt loquutus, id eſt non dixit, vt aliquis de ea ſacerdos eſſet, vel aliquid ſacerdotale haberet, quia ergo Dominus Ieſus, qui de alia Tribu eſt, ſacerdotium accepit, patet, quia translatum eſt ſacerdotium; nec in tribu Leui amplius manere poteſt, & ita carnales obſeruantię ſub illo date ſtatum habere nequeunt: poſt hæc.* Hęc Anſelmus docens Chriſtum fuiſſe regem, & ſacerdotem ſicut fuit Melchiſedech; & regale ſacerdotium translatum eſſe in Chriſtum, adeo vt vtraquæ dignitas ſacerdotalis, & regia ſicut fuit in Chriſto, ita eſſe in Eccleſ.

Verum ad hoc reſpondere poſſet aduerſarius, & dicere, quod recte quidem iſta concludunt, ſed de regno ſpirituali, & non de regno temporali, cuius figura fuit Regnum temporale Melchiſedech. Quapropter Apoſtolus explicat, hoc de eterno ſacerdotio inquiens. Sempiternum habet ſacerdotium, vnde & ſaluare in perpetuum poteſt; Quibus quidem verbis intelligit Apoſtolus quod nobis ſicuti populo Hebreo ſpiritualia promiſſa fuerunt, & non carnalia, ſiue temporalia; & ideo illa quæ dicuntur de regno Chriſti, de regno ſpirituali, & non temporali intelligi debent; in cuius figuram præceſsit regnũ temporale Melchiſedech; & ideo à principio capitis dicit, qui fuerit Rex pacis, & Iuſtitiæ.

Sed in rei veritate hæc non tollunt difficultatem, nam etſi verum ſit quod regnum Melchiſedech fuerit figura regni ſpiritualis Chriſti; non tamen negari poteſt, vel debet, quin etiam fuerit figura regni temporalis ipſi Chriſti, ita vt Chriſtus fuerit ſecundum quod homo Rex etiam temporalium. Quod manifeſtum eſt ex illis, quę contra ſecundam propoſitionem à nobis allata fuere ex 1. & 2. cap. eiuſdem Epiſtole. Oſtendimus enim, quod per ea verba in cap. 1. *Quem conſtituit heredem vniuerſorum*, & per ea quæ in cap. 2. *Omnia ſubiecit ſub pedibus eius*, cum expoſitionibus Sanctorum

ctorum

ctorum Patrum Apoſtolus intendit manifeſtare Chriſtum ſecundum naturam humanam Regem fuiſſe rerum temporalium, vt ibi videri poteſt.

Preterea Apoſtolus premiſit Melchiſedech Regem fuiſſe, & Sacerdotem; & figuram Regni, & ſacerdotis Chriſti fuiſſe, ſicut igitur Chriſtus fuit verus Sacerdos, ita re vera fuit Rex, & ſic non tm̃ fuit Melchiſedech figura regni ſpiritualis, ſed etiam tẽporalis.

Nec illud, quod contra allatum eſt ſilicet *Sempiternum habet ſacerdotium, vnde, & ſaluare in perpetuum poteſt*, obſtat; nam Sacerdotium Chriſti dicitur ſempiternum; quia habuit ſacerdotium, non ſucceſsione, & modo carnali ſicut Aaron, ſed Spiritus Sancti vnctione, & patris promiſsione, iuxta illud pſalmi 44. *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitie*, vt in ſuperioribus dictum fuit, & in pſal. 109. *Tu es Sacerdos in eternum ſecundum ordinem Melchiſedech*; pari paſſu regnum Chriſti dicitur eternum, quia vt docent Griſoſtom. Theophil. & Euthimius originem duxit à diuinis, & non à temporalibus, vt ſupra dictum fuit.

Vel dicatur, quod regnum, & ſacerdotium Chriſti dicitur eſſe eternum reſpectu perſone ipſius Chriſti, quæ eſt æterna. Quare patet, quod per Chriſtum translatum eſt in Eccleſiam regale Sacerdotium, & per conſequens vtraq; poteſtas regalis, & ſacerdotalis in Eccleſia ſunt coniuncta in Vicario ipſius Chriſti, qui eſt Summus Pontifex.

Regiam, & Sacerdotalem dignitatem tranſmiſſam fuiſſe per Chriſtum in Eccleſiam, probari poteſt authoritate D. Petri, in priori Epiſtola cap. 2. vbi ait. *Vos, genus electum, regale Sacerdotium, gens Sancta, populus acquiſitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum, qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei, qui non conſequuti miſericordiam, nunc autem miſericordiam conſequuti.* Hæc ille.

Hæc verba ſi recte expendantur, regiam dignitatem, & Sacerdotalem in Eccleſia eſſe demonſtrantur. Nam omnibus conſtat, quod poteſtas Sacerdotalis eſt diſtincta a poteſtate regia cum regia ſit circa temporalia, ſacerdotalis vero circa ſpiritualia: Quamobrem dici non poteſt, Regale Sacerdotium, vt aliqui dicunt, quia circa res ſpirituales eſt regimen Sacerdotis, tunc enim poteſtas regia, & Sacerdotalis non diſtinguerentur hoc modo; Et ſatis fuiſſet, ſi Petrus dixiſſet. Genus electum Sacerdotale, abſq;

hoc,

hoc, quod adderet verbum illud Regale; Concludamus ergo, Petrum illis verbis, Regale Sacerdotium, manifeſtare voluiſſe, regnũ, & Sacerdotium reuera in Eccleſiam à Chriſto Rege, & Sacerdote eſſe tranſmiſſum,

Amplius ex antecedentibus, & conſequentibus ſepæ ac ſępius germanus ſenſus verborum contextus colligitur, vt de mente Sanctorum Patrum alias dictum fuit. Cum enim D. Petrus attuliſſet locum Eſa. Prophete capit 28. *Ecce ego pono in fundamentis Syon lapidem probatum, praciosum, in fundamento fundatum, qui crediderit nõ feſtinet & ponam in pondere iudicium, & iuſtitiam in menſura*. His etenim verbis, quandam iudiciariam poteſtatem in omnibus indicat; Ad hũc ſenſum expoſuit Cyrillus lib. 5. in Eſa. inquiens. *Pater iudicat neminem, ſed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorent filium*. Hæc ille. Immo tranſlatio Caldaica maximi ponderis apud omnes ſcriptores Eccleſiaſticos, ita tranſtulit. *Dixit Dominus Deus. Ecce ego conſtituo in Syon Regem, regem potentem, robuſtum, fortem*. Sic etiam de regia poteſtate intellexit Rabi Salom. His inquam verbis Eſaiæ allatis ſubdit D. Petrus. *Vos Genus electum, Regale Sacerdotium, vtramque*. in Eccleſiam eſſe dignitatem indicans regiam, videlicet & Sacerdotalem, ſed ad expoſitiones Sanctorum Patrum veniamus.

Ex Patribus Græcis Dydimus in comment. in Epiſt. D. Petri aſſerit. *Secundum veterem diſpoſitionem legis, aliud erat regnum, aliud Sacerdotale genus: Sacerdotale namque à Leui, regale ex Iudæ genere ſuccedebat: alter enim apud Iudæos regnabat, alter Sacerdotum obtinebat; poſt itaque illam conſtitutionem ſucceſſit Euangelium Vnum, & eundem Sacerdotem, regemque conſtituens. Chriſtus namque vtrunque eſt, ad eum namque dictum eſt: Tu es Sacerdos in æternum, & iterum. Ego ſuſcitaui eum regem cum iuſtitia: ſed & ipſe de ſe dicit. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo; hoc eſt, à Deo, bis itaque diſpenſatis, neceſſarium erat diſperſos ab eo, qui ſimul Rex, & Sacerdos eſt, electum eſſe genus, & regale ſimul & Sacerdotale*. Hæc ille. Ex quibus manifeſte apparet, quod iſte duæ dignitates, regia, & Sacerdotalis, non fuerunt in Euangelio diſperſe, per tribus diſtinctas, & diuerſas, ſicut in veteri teſtamento, ſed vnitę, & coniunctæ ſub vno capite. 5. Chriſto, & poſt ipſum in ſuo Vicario. Et ſicut in veteri lege erat verum Sacerdotium, & verum regnum viſibile, ita fateri oportet hęc in Euangelio vnita, & coniuncta eſſe ſimul in vno capite viſibili, qui eſt Summus Pontifex, cum Dydimum intellexiſſe de vero regno, & Sacerdotio, vti erant

apud Hæbræos, omnes fateri debeant. Sicut igitur in Eccleſia eſt verum genus Sacerdotale, vt perfecta vnitas ſeruetur, debet eſſe vere etiam regale.

Oecumenius in comment. Epiſtolæ Petri dicit. *Tranſit nunc ad laudem eorum, qui egregia præſtiterunt*, & ait. *Vos eſtis genus electum, regale Sacerdotium*, & infra. *Non ergo propter Abraham gens, & genus electum eſtis, ac ſegregati in regale Sacerdotium, nihil enim horum de Abraham dictum eſt; ſed & propter Chriſtum, qui & Sacerdos iuxta ordinem Melchiſedech dictus eſt, & Rex manſuetus, & iuſtus & ſaluum faciens; qui etiam ſuper Aſinæ pullum aſcendit; Ab eo igitur, qui vtrunque habuit, per ſacri baptiſmatis renaſcentiam merito, & genus electum appellamini, & regale Sacerdotium*. Hæc ille. Ad hunc etiam Petri locum alludentes Ignatius Mart. in Epiſtola ad Philadel: Clemens Alex. lib. 7. Strom. Cyrillus lib. 10. in Ioan. cap. 23. & Procopius in commen. in Exodum voluiſſe videntur; vtramque dignitatem regiam. ſ. & Sacerdotalem eſſe in Eccleſia, & apud Eccleſiaſticas perſonas in vna perſona coniunctam.

Ad ſunt & Latini Patres, quorum primus ſit Clemens Papa lib. 2. conſtitut. Apoſtolicarum cap. 25. dicens. *Vos ergo Epiſcopi eſtis hodie populo veſtro Sacerdotes, Leuitæ, qui miniſtrate in Sacro Tabernaculo, Sanctæ, & Catholicę Eccleſiæ, & ad Aram Domini Dei noſtri aſſiſtitis eidemque hoſtias rationales, & incruentas per Chriſtum Pontificem magnum offertis. Vos eſtis veſtris laicis Prophetæ, Principes, Duces, Reges, mediatores Dei, & fidelium eius*; & infra, *afferens verba hæc Petri ait. Audite hæc ô laici, & Eccleſia Dei electa, deſcripta in cælis, regale Sacerdotium, gens Sancta, populus acquiſitionis, ſponſa ornata Domino Deo, & cap. 26. proſequens*, inquit. *Qui Epiſcopus eſt, hic eſt miniſter Verbi, ſcientiæ cuſtos, mediator Dei, & veſtrum in ijs, quæ ad eum colendum pertinent: hic eſt magiſter pietatis, ac religionis; hic eſt ſecundum Deum pater veſter, qui vos per aquam, & ſpiritum ſanctum in adoptionem regenerauit. Hic Princeps, & Dux veſter, hic veſter Rex & præfectus; hic poſt Deum terrenus Deus, qui honore veſtro frui debet. De his enim, & ſimilibus aiebat Deus. Ego dixi Dij eſtis, & filij altiſſimi omnes, Et Dijs populi tui non detrahes*. Hæc Clemens, qui ante, & poſtquã citaſſet verba illa Petri, regale Sacerdotium, gens Sancta appellat Pontifices, & Epiſcopos, & Principes, Duces, Reges, Præfectos, & terrenos Deos, oſtendens apud ipſos vtramque eſſe poteſtatem regiam, & Sacerdotalem.

Diuus Hieronymus loco ſupra allegato videlicet in Epiſtola ad Euagrium verba hæc afferens; & de Melchiſedech Sermonem habens dicit. *Hoc ab eruditiſſimis gentis illius didicimus; qui in tantum non recipiunt Spiritum Sanctum, vel Angelum non fuiſſe Melchiſedech, vt etiam certiſſimum hominis nomen aſcribunt; & re uera ſtultum eſt id, quod in typo dicitur, eo quod Chriſti Sacerdotium finem non habeat, & ipſe & Sacerdos nobis vtrumque donauit, vt ſimus genus regale, & Sacerdotale, & quaſi angularis lapis parietem vtrumque coniunxit, & de duobus gregibus bonus Paſtor, vnum effecit.* Hæc Hieronymus, & notandum eſt verbum illud, ſimus, non enim, inquit, Hieron. vt dicamur genus regale, ſed, vt ſimus; quare ſi vere donauit, vt ſimus genus regale, & Sacerdotale vere in Eccleſiam vtramque dignitatem regiam & Sacerdotalem tranſtulit, ſicuti etiam dicit, quod effectus eſt vnus grex viſibilis ſub vno viſibili paſtore.

Sanctus Leo Magnus in ſermone primo in natiuitate Apoſtolorum Petri, & Pauli alloquens Romam ait, *Iſti ſunt viri, per quos tibi Euangelium Roma reſplenduit, & quæ eras magiſtra erroris, facta es diſcipula veritatis. Iſti ſunt Patres tui, verique Paſtores, qui te regnis, cœleſtibus inſerendam, multo melius, multoque fœlicius condiderunt, quam illi quorum ſtudio prima mœniorum tuorum fundamenta locata ſunt; Ex quibus is, qui tibi nomen dedit, fraterna te cæde fœdauit. Iſti ſunt, qui te ad hanc gloriam prouexerunt, vt ſis gens ſancta, populus electus, Ciuitas Sacerdotalis, & regia, & per Sacram beati Petri ſedem caput orbis effecta, latius præſideres religione diuina, quam dominatione terrena. Quamuis enim multis aucta victorijs, ius imperij tui terra, marique pretuleris, minus tamen eſt, quod tibi bellicus labor ſubdit, quam quod pax Chriſtiana ſubiecit.* Hæc Leo innuens, quod ſicut per ſedem beati Petri Roma facta eſt Vrbs Sacerdotalis, ita & Regia; & ſicut ibi eſt dignitas ſuprema in ſpiritualibus, ita & Regia in temporalibus, non per Principes terrenos collata, ſed per ſedem Beati Petri, vt & rebus ſacris, & prophanis præſideret. Idem oſtendit in ſermone ſecundo ſuæ aſſumptionis ad Pontificatum, & alibi ſæpæ, vt alias manifeſtauimus.

Primaſius in comment. in cap. 7. Epiſtolæ ad Hæb: inquit. *Illud Sacerdotium manet potius, quod fuit ordinis Melchiſedech, quod Chriſtus corroborauit, & Eccleſiam tenere docuit, ſecunda cauſa eſt; quia Melchiſedech Rex, & Sacerdos fuit, Vnctuſque à Deo SS^{cto} & Chriſtus hac gemina dignitate inſignitus manet: nam quod hanc Regiam dignitatem poſſideat, ipſe manifeſte dicit. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo. i. à Deo*

Patre, & poſt reſurrectionem ſuam dicit. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra, & infra. *Tertium fuit iterum regale Sacerdotium in Chriſto, ſicut & primum. Vnde Eccleſia modo regale Sacerdotium habet; dicente Petro Apoſtolo. Vos genus electum, regale Sacerdotium. Tribus ergo Iuda, ex qua Dominus ortus eſt per Mariam Virginem, cum ſemper regia eſſet, numquam Sacerdotalis, in Chriſto fuit utrumque regalis, & Sacerdotalis translato toto Sacerdotio, e tribu Leui, quę antea Sacerdotalis erat.* Hæc Primaſius affirmans, Chriſtum geminam habuiſſe dignitatem regiam, & Sacerdotalem, ſicut fuit in Melchiſedech; & vtramque tranſtuliſſe in Eccleſiam, iuxta hoc dictum B. Petri. *Vos genus electum, regale Sacerdotium.*

Sanctus Leo Nonus Papa in Epiſtola ad Michaelem Conſtantinopolitanum, & Leonem Archidanum Epiſcopos aſſerit. *Vos nec amor Dei, & proximi, nec reuerentia diuinorum Canonum aut ſicut dicitur Orthodoxorum Principum ueſtrorum probibitio reuocat, quin publice maledicatis, & deteſtamini, genus electum, regale Sacerdotium, gentemque Sanctam: quod quamuis de omnibus Eccleſiis, quę unam Catholicam in toto mundo efficiunt à Principe Apoſtolorum Petro ſit uere dictum, nulli tamen uerius aptatur quam illi, cui præcipue præſidet ipſe, qui cæleſtis regni meruit gubernacula poſſidere.* & paulo poſt. *His & alijs quam plurimis teſtimonijs, iam uobis ſatisfactum eſſe debuit de terreno, & cæleſti imperio, immo de regali Sacerdotio Sanctæ Romanæ & Apoſtolicę ſedis, pręcipue ſuper ſpeciali eius diſpoſitione in cælis. Hæc ſanctus ille Pontifex, & ita manifeſta ſunt, quæ non niſi proteruientes negare poſſunt.*

Accedit Diuus Bernardus in Epiſtola 243. quę eſt ad Conradum regem Romanorum; dicens. *Nec dulcius, nec amicabilius, ſed nec artius omnino regnum, ſacerdotiumque coniungi, ſeu complantari in inuicem potuerunt, quam ut in perſona Domini ambo hæc pariter conuenirent ut pote, qui factus eſt nobis ex utraque tribu ſecundum carnem ſummus, & Sacerdos, & Rex. Non ſolum autem, ſed & commiſcuit ea nihilominus ac confederauit in ſuo corpore, quod eſt populus Chriſtianus, ipſe caput illius, ita ut hoc genus hominum, Apoſtolica uoce, genus electum, regale Sacerdotium appellatur. In alia quoque ſcriptura, quotquot ſunt, prędeſtinati ad uitam, non ne omnes reges, & ſacerdotes nominantur? Ergo quæ Deus coniunxit, homo non ſeparet. Magis autem quod diuina ſanxit auctoritas humana ſtudeat ad implere voluntas, & iungant ſe animis, qui iuncti ſunt in-*

ſtitutis

ſtitutis, inuicem ſe foueant, inuicem ſe defendant, inuicem onera ſua portent. Ait Sapiens: Frater adiuuans, fratrem ambo conſolabuntur. Quod ſi alterutrum ſe, (quod abſit) corroſerint, & momorderint, non ne ambo deſolabuntur? Non veniat anima mea in conſilium eorum, qui dicunt, vel Imperio pacem, & libertatem Eccleſiaſticã, vel Eccleſijs proſperitatem, & exaltationem imperij nocituram. Non enim vtriuſq; inſtituto Deus in deſtructionem ea connexuit, ſed in edificationem. Si hoc ſcitis, quouſq; vos communem contumeliam, communem diſſimulatis iniuriam? Nonne vt Apoſtolica ſedes, ita & caput Imperij Roma eſt? Vt ergo de Eccleſia taceam num honor Regi eſt truncum in manibus tenere imperium? & quidem ignoro, quid vobis ſuper hoc conſulant ſapientes veſtri, & principes regni, ſed ego in inſipientia mea loquens, quod ſentio non tacebo. Eccleſia Dei ab exortu ſui vſq; ad hęc tempora pluries tribulata eſt, & pluries liberata eſt. Deniq; audite, quid ipſa de ſe loquatur in pſalmo: Ipſius enim vox eſt. Sepe expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi; ſupra dorſum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem ſuam. Certus eſto ò Rex quoniam nec nunc quoq; relinquet dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum. Non eſt abbreuiata manus domini, nec facta impotens ad ſaluandum. Liberabit, & hoc tempore abſq; dubio ſponſam ſuam, qui ſuo ſanguine redemit eam, ſuo ſpiritu donauit, donis cœleſtibus exornauit, ditauit nihilominus, & terrenis. Liberabit, inquam, liberabit, ſed ſi in manu alterius, viderint regni principes, id ne honor regis, regni ve vtilitas ſit? Non eſt vtique. Hactenus D. Bernard. oſtendens Chriſtum ſecundum naturam humanam fuiſſe Regem, & Sacerdotem, & Regnum, & Sacerdotium tranſtuliſſe in eccleſiam, ita vt regnum Sacerdotio inſeruiat, & ab ipſo dependeat. Idem docuit in Epiſtola 183. ad eimdem. Eadem docuerunt Ambroſius, & Remigius paulo ſuperius allegati. Aug. lib. 1. de conſenſu Euangeliſt. cap. 3. Chriſtum eſſe Regem, & Sacerdotem, docet ex perſona Dauid, & lib. 17. de Ciuit. Dei ab initio cap. 4. & in fine cap. 5. plebem Chriſtianam, regale Sacerdotium vocari affirmat ſecundum ordinem Melchiſedech per Chriſtum regem, & Sacerdotem, quod Sacerdotium eſt in noua lege per Chriſtum translatum in Eccleſiam ad viros Eccleſiaſticos. Idem docuit glo: ordinaria, & Beda in comment: in primam Epiſtolam Petri capitul. ſecundo. Colligitur idem ex Iſidoro libro de

de Eccleſiaſticis offitijs cap. 23. Vgone lib. 2. de Sacramentis fidei parte 3. cap. 1. & alijs. Quapropter Concilium Aquiſgranenſe 1. ſub Ludouico Pio Imperatore, capite 1. cum authoritatibus Sacrarum litterarum uſum Eccleſiaſticæ Tonſuræ deſcripſiſſet, & à Nazareis exortu, fuiſſe dixiſſet, inquit. *Quid vero de tanto capite ſuperius, inferius in circuli corona relinquitur; Sacerdotium, regnumq; Eccleſiæ, in eis exiſtimo figurari. Tiara enim apud veteres conſtituebatur in capite Sacerdotum. Hæc ex biſſo confecta rotunda erat, quaſi ſphera media: & hoc ſignificatur in parte capitis tonſa. Corona autem, latitudo aurei eſt circuli, quæ regum capita cingit. Vtrumq; itaq; ſignum exprimitur in capite Clericorum, vt impleatur etiam corporis quadam ſimilitudine, quod ſcriptum eſt, Petro Apoſtolo perdocente. Vos eſtis genus electum, regale Sacerdotium.* Hoc Concilium docens dignitatem regiam, & Sacerdotalem eſſe in Eccleſia in Clericorum tonſura vtramq; figuratam.

At quoniam multi, Theologos ab hac ſententia alienos eſſe, & diſſentire, inquiunt, oſtendamus nos, Theologos præcipuos fateri in Eccleſia eſſe ſacerdotium regale in ſenſu à nobis explicato, & primo loco adſit Magiſter ſententiarum lib. 4. diſt. 24. ferè à principio vbi ait. *In Sacramento ergo ſeptiformis ſpiritus ſeptem ſunt gradus Eccleſiaſtici, ſilicet Oſtiarij, lectores, exorciſte, Accolyti, Subdiaconi, Diaconi, Sacerdotes: Omnes tamen Clerici vocantur ideſt ſortiti. Corona enim ſignaculum eſt, quo ſignantur in partem ſortis miniſterij diuini. Corona regale decus ſignificat: quia ſeruire Deo regnare eſt. Vnde Miniſtri Eccleſiæ reges eſſe debent, vt ſe, & alios regant, quibus Petrus ait. Vos eſtis genus electum regale Sacerdotium.* Hæc Magiſter per hæc verba vtramq; dignitatem innuens eſſe in Eccleſia.

D. Thomas in comment. Epiſtole Petri ſic interpretatur. *Regale Sacerdotium imminutionis dignitate Apoc. cap. 5. feciſti nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes. Sed cum dicitur. Exod: 19. Vos eritis in regnum Sacerdotale, quare dicitur hic, regale Sacerdotium? Reſponſio ad innuendam prærogatiuam noui teſtamenti reſpectu veteris, in nouo enim teſtamento Sacerdotium præeminet regno, ſicut ſpiritus præeminet corpori. Regnum enim conſiſtit in regimine corporali, Sacerdotium vero in regimine ſpirituali, ideo poteſtas Sacerdotalis ponitur in ſubſtantiuo, regalis autem in adiectiuo.* Hæc ibi. Ex quibus, quis non videt D. Thom. aperte fateri in Eccleſia eſſe temporale regimen, & ſpirituale, licet Sacerdotale, & ſpirituale ſit præſtantius, ſicut ſpiritus eſt præſtantior corpore? Et in opuſculo de regimine Principum lib. 1. cap. 14: ad eadem verba

Petri

Petri alludens ait. *Chriſtus non ſolum Sacerdos, ſed Rex in ſcripturis ſacris nominatur dicente Hieremia 23. Regnabit Rex, & ſapiens erit, Vnde ab eo regale Sacerdotium deriuatur: huius ergo regni miniſterium, vt à terrenis eſſent ſpiritualia diſtincta, non terrenis regibus; ſed Sacerdotibus eſt comiſſum, præcipuè Summo Sacerdoti, ſucceſſori Petri, Chriſti Vicario Romano Pontifici; Cui omnes Reges populi Chriſtiani oportet eſſe ſubiectos, ſicuti ipſi Domino Ieſu Chriſto, ſi enim ei ad quem finis vltimi cura pertinet, ſubdi debent illi, ad quos pertinet cura antecedentium finium, & eius imperio dirigi; quia igitur Sacerdotium gentilium, & totus diuinorum cultus erat propter temporalia bona conquirenda, quæ omnia ordinantur ad multitudinis bonum commune, cuius regi cura incumbit, conuenienter Sacerdotes gentilium Regibus ſubdebantur, ſed & quia in veteri lege promittebantur bona terrena non à Dæmonibus, ſed à Deo vero, religioſo populo exibenda, inde, & in lege veteri Sacerdotes Regibus leguntur fuiſſe ſubiectos, ſed in noua lege eſt Sacerdotium altius, per quod homines traducuntur ad bona cœleſtia. Vnde in lege Chriſti, Reges debent Sacerdotibus eſſe ſubiecti.* Hactenus ille. Docens qua ratione Reges omnes in lege Euangelica ſubiecti eſſe debent Romano Pontifici Chriſto Vicario, & Imperio, & regimine eius dirigi, licet executio rerum temporalium futura ſit apud Seculares, & Laicos, vt commodius Sacerdotes, & Eccleſiaſtici dent operam ſpiritualibus: Vult tamen regimen principale etiam reſpectu temporalium eſſe apud Summum Pontificem, cum in ipſo ſit apex, & plenitudo vtriuſq; poteſtatis vt infra dicetur.

D. Bonauent. lib. 4. ſent: diſtint: 24. in expoſitione litteræ explicans hæc verba in 3. dubio ſibi obijcit & dicit. *Videtur male dicere, quia dicitur Exodi 19. Sacerdotibus, qui ſunt regnum Sacerdotale ergo ſecundum hoc ſacerdotium adiacet regno, non e conuerſo, ergo magis debet dicere regnum decorum. Reſpond. quod differentia eſt inter vetus, & nouũ teſtamentum inter comparationem Sacerdotij, & regni. Quia enim vetus teſtamentum, erat adhuc carnalium, & carnaliter viuentium, ideo poteſtas Secularis erat principalior, & poteſtas Sacerdotalis erat minor, & ideo ſignanter dicebatur in lege Regnum Sacerdotale, quia Sacerdotium pẽdebat ex regno, ſed contra in noua dicitur 1. Petri cap. 2. Regale Sacerdotium quia principalius eſt nunc Sacerdotium, quam Regnum, & poteſtas ſpiritualis, quam temporalis, ſiue carnalis, ſic enim competebat ſtatui gratiæ.* Hæc Bonauent. Idem etiam docuit de Eccleſiaſtica Hierarchia parte 2. cap: 1. cuius verba inferius afferemus.

Ricard. lib. 4. ſent. diſt. 24. art. 1. q. 1. explicat locum hunc

Petri

Petri vna cum Magiſtro oſtendemus vtranq; dignitatem coniunctam eſſe in Eccleſia,& quod poteſtas temporalis accipit regulam, & normam à ſpirituali, quod magis manifeſtum eſt per ea, quæ ipſe habet eadem diſt. art. 3. q. 1. in corpore vbi oſtendit, *Deum eſſe cauſam omnium, non ſolum efficientem, ſed etiam gubernatiuam, & communicauit aliquam participationem eis rationis cauſæ, quibuſdam conferendo ſuper alias poteſtatem, quæ ſi ſit reſpectu naturalium actuum inuenitur in creaturis inſenſibilibus, ſic enim ſuperiora corpora, poteſtatem habent ſuper corpora inferiora, ſi autem ſit reſpectu actuum agendorum ex imperio voluntatis & iudicio rationis, ſic eſt in creaturis habentibus intellectum, & voluntatem; & primo, & principaliter in Eccleſia triumphante, & ſecundario in militante ad exemplar illius. Vnde Bernard. 3. de conſiderat. cap. 13. de hoc ordine dicit. Nec vilem reputes formam hanc, quæ in terra eſt, exemplar habet in cælo, & in terra, non eſt paruipendendum, quod & Deum habet auctorem, & de cælo ducit originem, ſi autem hæc poteſtas in Eccleſia militante ſit reſpectu temporalium magis debet dici principatus, vel dominium, quam ordo. Illa autem quæ eſt reſpectu ſpiritualium, maxime debet dici ordo, quia ordo temporalium ſequi debet ordinem ſpiritualium, & ſecundum ipſum dirigi, & ad ipſum reduci.* Hæc ille. Et ſi quis forſan diceret Ricardum loqui cum conditione, cum dicat, ſi autem hæc poteſtas in Eccleſia ſit reſpectu temporalium. Reſpondere poſſumus, quod illam côditionem declarauit art. 5. q. 3. eiuſdem diſtinct. ad quintum Argumentum vbi dicit. *Quod Moyſes fuit Princeps, & Sacerdos, & magis repræſentauit Chriſtum, quam Aaron, quia Chriſtus fuit Summus Rex, & Sacerdos, & ex conſequenti Vicariũ eius in terris, in quo ſimul ſub Chriſto eſt vtraq; poteſtas; Ecce quod abſolute loquitur, & ſine conditione.* Multa alia adduci poſſunt, ſed hæc modo ſufficiant, in confutatione ſequentis propoſitionis plura adducemus. Sed audiamus probationes Authoris.

Autore.

Onde ben dicono il Soto nel lib. 4. delle Sentenze trattando di queſta materia, & il Cardinale Belarmino de auctoritate Papæ, che ſi marauigliano de Canoniſti, ch'habbiano hauto ardire ſenza alcuna ragione, ò auttorità del nouo Teſtamento di affirmare, che Papa eſt Dominus totius orbis directe in temporalibus, dottrina nel vero ſcandaloſa, & poco fundata. Hæc ille.

Reſponſio.

Hanc admirationem, quam fingit Author, in Soto lib. 4. ſent. diſt. 25. q. 2. art. 1. Et in Domino Cardinali Bellarmino lib. 5. de Summo

Summo Pontifice inuenire nequeo, & ſi vna cum multis alijs dicant, Papam non habere poteſtatẽ temporalẽ directè in toto terrarum orbe de iure diuino, & etiam pro ſe afferant Theologos quoſdam & Canoniſtas. Nos autem cum multis alijs oppoſitum ſuſtinemus, & iam manifeſtauimus, Chriſtum ſecundum naturam humanam habuiſſe regnum temporale, & poteſtatem illam exercuiſſe, & quod vtramque dignitatem regiam; ſcilicet & Sacerdotalem tranſtulit in Eccleſiam, adeo quod directè vtraque coniuncta fuerit in Petro, & ſucceſſoribus, & hoc auctoritate Sacrarum Scripturarum cum expoſitione Sanctorum Patrum, Summorum Pontificum, & Sacrorum Conciliorum, quod etiam in confutatione ſequentis propoſitionis apparebit.

Autore.

Sò bene, che alcuni citano oltre i Canoni, li quali come leggi humane in concorenza delle diuine non poſſono hauere vguale auttorità, (dico) citano San Thomaſo d'Aquino de Regimine Principum, che nel capitolo decimo & 19. di quel libro, dice, che il Sommo Pontefice, eſt Dominus totius orbis in temporalibus, & ſpiritualibus, ma quel libro non è di San Thomaſo, come ben dimoſtra il Cardinal Bellarmino nel libro de poteſtate Papæ, perciocbe oltre l'altre certiſſime congietture, vna e quella, che nel libro terzo al cap. 20. fà mentione della ſucceſſione d'Adolfo Imperatore dopò Ridolfo, & della ſucceſſione d'Alberto doppo Adolfo, le quali auennero l'anno 1292. cioè la prima, & la ſecunda l'anno 1299. & ſan Thomaſo morì l'anno 1274.

Reſponſio.

Non poſſum non mirari de temeritate iſtius Auctoris, cum manifeſtè videatur contemptor Sacrorum Canonum appellans eos ſimpliciter leges humanas, quaſi quod non aſsiſtente Spiritu Sãcto ſint conditi & cum ait, quod ſi comparentur ad Sacras Scripturas non habent auctoritatem, quaſi quod dicat, ſacros Canones diuinis ſcripturis eſſe contrarios, non animaduertens, quod à Summis Pontificibus, & ſacris Concilijs Generalibus conditi ſunt per aſsiſtentiam Spiritus Sancti. Quapropter doctrina eius non poteſt eſſe niſi praua, niſi improba, & pœnis digna. Vnde D. Auguſt. in Epiſtola ad Caſulanum dicebat. *In his rebus, de quibus nihil conſtituit diuina ſcriptura, mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt, & ſicut preuaricatores diuinarum legum, ita contemptores Eccleſiaſticarum conſuetudinum coercendi ſunt.* Hæc ille. Sanctus Leo Papa primus in prima Epiſtola ad vniuerſos Epiſcopos per Campaniã, Picenum,

Tuſciam, & vniuerſas Prouincias cõſtitutos in calce ait. *Ne quid vero ſit, quod prætermiſſum à nobis fortè credatur, omnia decretalia conſtituta, quæ ab Eccleſiaſticis ordinibus, & canonum promulgata ſunt diſciplinis, ita veſtram dilectionem cuſtodire debere mandamus, vt ſi quis illa contempſerit, veniam ſibi deinceps nouerit denegari.* Et Epiſtola 51. quæ eſt ad Anatolium Conſtantinopolitanum ait. *Nimis ergo improba, nimis ſunt praua, quæ ſacratiſſimis canonibus inueniuntur eſſe contraria.* Hæc Leo. Quapropter Concilium Cabilonenſe Canone ſecundo aſſerit. *Canonum veró ſtatuta ab omnibus intemerata ſeruentur.* Et ſancta Septima Synodus generalis Act. ſeptima Canone primo ſtatuit. *Cum hæc ergo ita ſe habeant, & ſint nobis teſtata, iis exultantes, vt ſi quis multa ſpolia inuenerit diuinos Canones libenter amplectimur, eorumque conſtitutionem integram, & illabefactabilem confirmamus. Ex vno enim omnes eodemque ſpiritu illuminati, quæ erant vtilia decreuerunt.* Et in capitulis per Adrianum Papam collectis habetur. *Vt laici contemptores Canonum excommunicentur, Clerici verò honore priuentur.* Ex his igitur manifeſtum eſt, quanta reuerentia, & obedientia ſacris Canonibus exhiberi debeat, & contemptores pœnis puniri.

Ad id verò q̃ dicit ad D. Thomã, negãs librũ illũ eſſe D. Thomæ, cũ in ipſo ſit hiſtoria illa de Rodulpho, Adulpho, & Alberto Imperatoribus, quæ fuit poſt mortẽ D. Thomæ. Hoc eſſe verũ fateor, ſed vt docuit etiã Dñs Cardin. Bellarminus, hiſtoria illa ab aliquo alio in ſcriptis D. Thomæ potuit eſſe inſerta; ſicuti experiẽtia docuit, multos errores ab hæreticis in libris Sanctorũ Patrũ inſertos fuiſſe. Sed Librũ illũ germanũ, & tanquã ꝓpriũ D. Thomæ recipit cõmunis ſcola Thomiſtarũ. Turris Cremata in sũma de Eccleſia lib. 2. cap. 96. Ferrarienſis lib. 4. cõtra Gentes cap. 76. ferè in calce. Io. Tabienſis in Sum. verbo Papa num. 1. & Soto lib. 4. ſent. diſt. 25. q. 2. art. 1. con. 3. Quare curandum eſt parum de iudicio iſtius auctoris. Sequitur.

Autore.

Citaſi in oltre vn altro luogo di San Thomaſo nel libro ſecondo delle ſentẽze alla diſt. 44. doue dice Eſſe in Summo Pontifice apicem vtriuſque poteſtatis, temporalis, & ſpiritualis; ma chi legge il teſto s'auuede, che S. Thomaſo fu di contraria opinione, percioche hauendo detto che nelle coſe temporali ſi deue più preſto obedire al Prencipe temporale, che allo ſpirituale, & nelle coſe meramente ſpirituali più preſto allo ſpirituale che al temporale, conclude, ſe non foſſe il Sommo Pontefice il quale hauendo nelle Prouincie à lui ſoggette l'vna,

na, e l'altra giuriſditione, deue eſſere dalli ſudditi ſuoi vgualmente, nell'vno, e nell'altro modo vbidito.

Confutatio.

O mirabilis expoſitio dictorum D. Thomæ, digna tãto Theologo inquiente, quod ſi quis textum legerit, D. Thomã cotũ oppoſitũ ſenſiſſe cognoſcet. Cum enim dixiſſet, quod in ſpiritualibus magis principi ſpirituali, q̃ temporali, in tẽporalibus vero magis principi tẽporali, q̃ ſpirituali, eſt obediendũ cõcludit, niſi eſſet Sum. Pontifex, qui in prouincijs ſibi ſubiectis vtrãque habet poteſtatẽ, quia tunc equaliter in vtroque à ſubditis obedientia præſtari debet.

3 Sed exponamus verba, & intẽtionem D. Thomæ. Nã D. Tho. vna cũ Magiſtro, ponderãs verbum illud Apoſt. ad Rom. c. 13. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit,* inquit, quod illa intelliguntur de poteſtate prælationis dumodo non præcipiat aliquid contra Deũ, quia tunc reſiſtendũ eſt vt docet Aug. in ſermone de verbis Domini. *Si id iubeat poteſtas quod non debes facere, contemne poteſtatem, timendo poteſtatem maiorem.* Quorum quidem verborum occaſione mouet dubitationem, D. Tho. An ſemper magis obediendum ſit maiori poteſtati, & pro parte negatiua plura affert argumenta, quorum vltimum eſt. Poteſtas ſpiritualis eſt altior quàm ſecularis; ſi ergo maiori poteſtati magis obediendum eſt, Prælatus ſpiritualis ſemper poterit abſoluere à præcepto poteſtatis ſecularis, quod eſt inconueniens. In quo argumento notanda ſunt verba illa Prelatus ſpiritualis, quoniam tũc D. Thom. comparat poteſtatem temporalẽ in ſe ad ſpiritualem in ſe conſideratã, ſine reſpectu ad aliquam perſonã particularẽ. Deinde in corpore ait, quod poteſtas ſuperior & inferior poſſunt ſe dupliciter habere, aut ita quod inferior ex toto oritur à ſuperiori, ſicut ſe habet poteſtas Papæ ad omnem poteſtatem ſpiritualem, aut quod ambæ oriuntur ex vna quadam ſuperiori ad vtrãque, quæ vtramq; ſubdit ſecundum quod vult, & tũc vna non eſt ſuperior altera, niſi in his, quibus vna ſupponitur alteri à ſuprema poteſtate, & in illis eſt tantum obediẽdum magis ſuperiori, quàm inferiori. Tunc venit ad ſolutionem argumẽtorum, & ait. Ad quartũ dicẽdum, q̃ poteſtas ſpiritualis, & ſecularis ſcilicet in ſe cõſiderata vtraque deducitur à poteſtate diuina, & ideo in tantum ſecularis poteſtas eſt ſub ſpirituali, in quantum eſt ei à deo ſuppoſita, ſcilicet in his quæ ad ſalutẽ animæ pertinẽt, & ideo in his magis eſt obediendũ poteſtati ſpirituali quã ſeculari, in his autẽ quæ ad bonũ ciuile

 perti-

pertinet, eſt magis obediendum poteſtati ſæculari, quã ſpirituali, hoc eſt comparãdo poteſtatẽ ſpiritualem, quæ non habet annexam temporalẽ, de qua nũc loquimur, videlicet Regia; ad tẽporalem in ſe, vt exempli gratia, ſi Patriarcha Venetiarum aliquid præciperet in ſpiritualibus, & Reſpub. illa oppoſitum mandaret, obediendum magis eſſet Patriarchæ, quã Reipub. At ſi Reſpub. aliquid ſpectãs ad bonũ ciuile præciperet, dũmodo non eſſet contra Dei præcepta, bonos mores, & libertatem Eccleſiaſticam, & Patriarcha impedire vellet, magis Reip. obediendũ eſſet q̃ Patriarchæ; & ratio eſt, quoniã Patriarcha, & ſi habeat auctoritatẽ ſpiritualẽ, non tamẽ habet temporalẽ eo modo, quo nunc de ipſa loquimur. Deinde ſubdit D. Thõ. niſi forte poteſtati ſpirituali etiã ſæcularis poteſtas cõiungeretur, ſicut in Papa, qui vtriuſque poteſtatis apicẽ tenet, ſcilicet, ſpiritualis, & temporalis, hoc illo diſponente qui eſt Sacerdos & Rex in æternũ ſecundũ ordinem Melchiſedech. Rex Regũ, & Dominus dominantium. Quod autem D. Thom. intelligat Summum Pontificem habere plenitudinem poteſtatis temporalis toto orbe terrarum, ex multis colligi poteſt. Primo quia, inquit, quod apicem vtriuſque poteſtatis tenet ſpiritualis, & temporalis, ſed habet apicem, & plenitudinem poteſtatis ſpiritualis toto orbe terrarum, ergo, & temporalis. Præterea ſi D. Thom. non intelligeret Papam habere poteſtatis vtriuſque apicem, & præcipue temporalis non exemplificaſſet ſolum in Papa, cum ſint multi Archiepiſcopi, immo & Abbates, qui ratione ſuarum Eccleſiarum habent dominia tẽporalia ſuper ſubditos ſuos, ſicut habent poteſtatem ſpiritualẽ, & in vtraque illis obediẽdum eſt, nec tamen dicitur, quod habeãt apicem utriuſque poteſtatis. Quare D. Thom. intelligit de apice, & plenitudine utriuſque poteſtatis ſæcularis, ſcilicet, & ſpiritualis toto orbe terrarum. Et quod ſit iure diuino, apparet quia dicit illo diſponente &c.

Autore.

Per indebolire la forza di queſta noſtra propoſitione alcuni dicono, che Aleſſandro ſeſto Papa diuiſe l'Indie alli Regi di Spagna, & di Portugallo; perche egli come Vicario di Chriſto n'era natural Signore, & Prencipe temporale. Et che Leone Terzo diede l'Imperio d'Occidente à Carlo Magno per l'iſteſſa ragione. Ma s'ingannano coſtoro di gran lunga, perche &c.

Reſponſio.

Ratio hæc de Alexandro Seſto Papa, qui diuiſit mare, & Indias

Orientales, & Occidentales Regibus Hiſpaniarum, & Luſitaniæ poſſet etiam ſuſtineri, ſed cum ea facilitate; qua aſſeritur, negari poſsit, & econuerſo qua negatur, aſſeri poſsit. Ideo ipſam dimittamus. Nec fabulæ, quas adducit contra translationem Imperii in Occidentem per Leonem 3. Papam factam, alicuius ſunt momenti, vt contra primam propoſitionē huius Authoris manifeſtauimus, vt etiam videri poteſt apud Dominum Cardinalem Bellarminum libro primo de translatione Imperij. Author enim iſte ſequutus eſt hereticos; & ideo in omnibus, quæ contra hanc translationem affert, mentitur. Et circa tertiam propoſitionem huius Authoris dicta ſufficiant, cum oſtenderimus Papam directe, & iure diuino poteſtatem regiam habere toto orbe terrarum, quod etiam contra ſequentem propoſitionem apparebit.

Quarta propoſitione dell' Autore.

L' Autorità promeſſa da Chriſto Noſtro Saluatore à San Pietro ſotto la metafora delle chiaui, e meramente ſpirituale, Tibi dabo claues regni cælorum, non dice regni terrarum. Hæc illa.

Confutatio.

Ecce ad quod tendebat tantus verborum apparatus, vt ſcilicet Summum Pontificem in ordinem communem Clericorum redigeret, affirmans ipſum ſolū poteſtatem habere ſpiritualem. Nam Chriſtus *dixit Petro, Tibi dabo claues regni Cælorum,* & non regni terrarum. Verum etſi falſitas huius propoſitionis manifeſta ſit ex his quæ in ſuperioribus dicta ſunt, demonſtrauimus enim Chriſtum Ieſum Saluatorem Noſtrum Regem fuiſſe temporalem ſecundum naturam humanam, & in tertia propoſitione vtramq; dignitatem regiam, ſcilicet, & ſacerdotalem tranſtuliſſe in Eccleſiam in Petrum, & ſucceſſores; oſtendamus tamen ex alijs Papam habere poteſtatem temporalem, & præcipue ex loco ab aduerſario allegato ſub nomine clauium Matt. cap. 16.

Dominus Saluator Noſter apud Matt. cap. 16. Petro dixit, *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram edificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni Cælorum, Et quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in Cælis, & quodcunq; ſolueris ſuper terram erit ſolutum &c.* Quod Petrus Chriſti Vicarius ſit lapis ille ſuper quem Eccleſia à Chriſto hic dicitur

edifi-

edificanda, communi Patrum conſenſu probatur, vt idem ſit Petrus, & petra. Tertullian. ſcriptor antiquiſſimus de præſcriptione hæreticorum, de Petro ſic loquitur. *Latuit aliquid Petrum ædificandæ Eccleſiæ petram dictum, claues regni Cælorum conſequutum, & ſoluendi, & alligandi in Cælis, & in terris.* Hæc ille. Nec ab eo diſſentit Cyprianus in Epiſtola ad Quintinū: *Nec Petrus, ait, quem primum dominus elegit, & ſuper quem edificauit Eccleſiam ſuam, cum Paulus de circumciſione poſt modum diſceptaret, ſe vindicauit, ſeu aliquid inſolenter, aroganter, aſſumpſit, vt diceret ſe primatum tenere, & obtemperari à nouellis, & poſteris ſibi potius oportere.* Hæc ille dicens Chriſtum ſuper Petrum edificaſſe Eccleſiam ſuam. Hilarius quoq; de Petro loquens, & eadem interpretans verba ſuper Matt. ſic ait. *Beatus hic eſt, vt vltra humanum oculos, & intendiſſe, & vidiſſe laudatus eſt, non id quod ex carne, & ſanguine erat contuens, ſed Dei filium cæleſtis patris reuelatione conſpiciens, dignuſq; iudicatus, qui quod in Chriſto Dei eſſet primus cognoſceret. O in nuncupatione noui nominis felix Eccleſiæ fundamentum, dignaq; illius edificatione petra, quæ infernas leges, & tartari portas, & omnia mortis Clauſtra diſſolueret, O beatus cœli ianitor cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur, cuius terreſtre iudicium præiudicata authoritas ſit in cælo, vt quæ in terris, aut ligata ſunt, aut ſoluta ſtatuti eiuſdem conditionem obtineant, & in cælo.* Cui ſe ſubſcribens Ambroſius in ſermone 47. de fide Petri, ipſum eſſe petram, ſuper quam Chriſtus erexit Eccleſiam aſſirmat dicens. *Pro ſoliditate deuotionis Petrus Eccleſiarum petra dicitur, ſicut ait dominus, Tu es petrus, & ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta poſuerit, & tanquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem, molemq; contineat.* Hæc Ambr. Adſtipulatur Leo Magnus in 3. ſerm. ſuæ aſſumptionis ad Pontificatum inquiens. *Manet ergo diſpoſitio veritatis, & beatus Petrus in accepta petra fortitudine perſeuerans, ſuſcepta Eccleſiæ gubernacula non reliquit, ſic enim præ cæteris eſt ordinatus, vt dum petra dicitur, dum fundamentum pronunciatur, dum regni cælorum miniſter conſtituitur,* & ſerm. 3. ait, *Et ego dico tibi, hoc eſt, ſicut meus pater tibi manifeſtauit diuinitatem meam ita, & ego tibi notum facio excellentiam tuam, quia tu es Petrus, ideſt cum ego ſim inuiolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio vtraq; vnum, ego fundamentum præter quod nemo poteſt aliud ponere, tamen tu quoq; petra es, quia mea virtute ſolidaris, vt quæ mihi poteſtate ſunt propria ſint tibi mecum participatione communia, & ſuper hanc petram edificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non preualebunt aduerſus eam.* Hæc ille.

ille. Ita docuerunt Hyeron. ſuper Matt.in 2. capit. Eſa. & alibi ſepe. Aug. in ſerm. de Cathedra Petri. Greg. lib. primo Epiſt 37. ad Eulogium, & lib: 3. epiſt. 41. Optatus Mileuitauus lib. 2. contra Parmen. Pacianus Epiſt. 3. ad Simph. Ennodius Ticinenſis in lib. pro deffenſione quartæ, & quintæ Synodi Romanæ. & alij Patres.

Accedunt & Græci patres, & in primis Origenes homil. quinta in Exod. hunc in modum ſcibit. *Magna illi Eccleſiæ fundamento, petræq; ſolidiſſimę, ſuper quam Chriſtus fundauit Eccleſiam ſuam vide quid dicatur à domino, Modicæ fidei quare dubitaſti?* Hæc ille. Ex quibus manifeſtum eſt ipſum vocare petram ſolidiſsimam, & eccleſiæ fundamentum illum, cui dictum eſt à domino, *Modica fidei quare dubitaſti?* At nulli dubium eſt, hunc fuiſſe Petrum, quare de mente Origenis Petrus eſt illa petra ſuper quam fundata eſt Eccleſia. Aſſētit Athanaſius in Epiſtola ad Felicem Papam, quam nomine ſuo & Synodi Egyptiorum. *Ipſa enim à Deo fixum, & immobile percepit quoniam ipſam firmam vniuerſorum titulorum lucidiſſimam dominus Ieſus Chriſtus veſtram Apoſtolicam conſtituit Sedem. Ipſa eſt enim ſacer vertex in quo omnes Eccleſiæ vertuntur, ſuſtentatur, releuantur, & ſicut in Chriſto Chriſtiani, & in Petra ideſt Chriſto Petrus Petri renouantur Eccleſiæ. Tu es enim (ſicut diuinum veraciter teſtatur eloquium) Petrus, & ſuper fundamentum tuū Eccleſię columnę, ideſt, Epiſcopi, qui Eccleſiam ſuſtinere & proprijs humeris portare debent, tibi ſunt confirmatæ.* Hæc ille. Non diſſentit Baſilius libro 2. in Eunomiluni. *Per hanc* inquit *vocem Petrum intelligimus Ionam, qui fuit ex Bethſaide; Aadreæ fratrem, qui ex piſcatore in Apoſtolatus miniſterium vocatus eſt, qui quoniam in fide præſtabat Eccleſiæ in ſeipſo ędificationem ſuſcepit.* Hec Baſil. affirmans Petrum Eccleſiæ in ſeipſo edificationem ſuſcepiſſe. Concordat Greg. Nazianzenus in Oratione de moderatione ſeruanda in diſputationibus, vbi ait. *Petrus petra vocatur, atq; Eccleſiæ fundamenta fidei ſuæ credita habet.* Hæc ille. Adſtipulatur Griſoſt. homil. 55. in Matt. *Tu vero mecum*, inquit, *ex eis omnibus, quanta ſit Petri poteſtas intellige Ego tibi dico inquit, Tu es Petrus, & ego ſuper te edificabo Eccleſiam meam.* Hæc ibi. Idem docet homil. 4. in 6. cap. Eſa. & alibi. Epiphanius in Ancorato dicit, *Dominus conſtituit Petrum primum Apoſtolorum petram firmam, ſuper quam Eccleſia Dei edificata eſt.* Hæc ibi. Idem habet hereſi 69. Idem docuit Cyrillus Hieroſolimitanus Catheche ſi 18. Cyrillus Alex. lib. 2. in Io. cap. 2. & lib. 6. cap. 12. Theophilactus in capp. 22. Lucæ. Euthimius in cap. 16. Matt. Theodoretus

tus ſect. 16. in Ezechiel Damaſcenus in vita Barlaam capit. xx. Ephrem. de armatura Monachi. Victor Antiochenus in cap. 3. Marci, & Alij.

Quod etiam declarauerũt Synodus Calcedonenſis action tertia in litteris ad Dioſcorum. Quinta Synodus Romana tempore Symmachi Papæ & Aquiſgrauenſis ſub Stephano tertio Papa cap. 6. & alij Patres, & Concilia.

Cum igitur ex his habeamus Petrum eſſe Petram, & fundamẽtum Eccleſiæ, & nulli dubium quod Petrus non omnes Eccleſias toto orbe terrarum diſperſas ad fidem adduxit, vt teſtantur patres, & hiſtoriæ, quæ tamen omnes nationes ad vnam pertinent Eccleſiam, vt docet Ignatius Martyr in Epiſtola ad Philadel: Cyprianus de vnitate Eccleſiæ. Auguſti. contra Pet. Donati. Concilium Nycenum lib. 3. ferè à principio, & plures alij, vt etiam alias in noſtris Theorematibus Eccleſiaſticis manifeſtauimus. Vt igitur vera ſint quę de Petro à Chriſto, & à patribus dicuntur neceſſe eſt vt fateamur Petrum eſſe Petram, & fundamentum Eccleſiæ, hoc eſt ſupremum caput habens, ſupremum regimen, ſupremam poteſtatem, vt ex patribus citatis apparet. His ſic habitis ſubiungo minorem propoſitionem, ſed Eccleſia militans conſtat regno, & Sacerdotio, vt conſtat ex dictis contra præcedentem propoſitionem, ergo Petrus accepit regimen ſupremum, & ſupremam poteſtatem Sacerdotij, & regni, quibus conſtat Eccleſia; Sacerdotiũ autem Eccleſię eſt Sacerdotium Melchiſedech, qui fuit Rex, & Sacerdos, adeo vt vtraque dignitas regia, ſcilicet, & Sacerdotalis cõiuncta ſit in vna perſona: qua de re & ſi plures ſint Sacerdotes, & plures Reges, vnus tamen eſt primus & ſupremus Sacerdos, & Rex.

Sed aggrediamur verba propria, quæ adducit ipſe Auctor. *Tibi dabo claues regni cælorum*, non dice terrarum, & ex his in Eccleſia dignitatẽ regiam & Sacerdotalẽ eſſe, & ipſam per hæc verba promiſſam fuiſſe Beato Petro. Sed primo ad notandum eſt, quod clauis pluribus modis accipi conſueuit apud Sacras litteras, & Sanctos Patres. Accipitur enim clauis pro poteſtate Sacerdotali, & in hoc ſenſu hic accipi concedunt omnes cum dicitur. Tibi dabo claues regni cœlorum. Accipitur etiam clauis pro interpretatione ſcripturarum, ſiue pro claui ſcientiæ, ſecundum quod legitur Lucæ 12. *Veh vobis legis peritis, quia tuliſtis clauem ſcientiæ.* Ita exponunt

ſuat Origines lib. 4. Periar. cap. 2. Hilarius in præfatione in Pſal. Ambroſius, Beda, & Theophilactus in comment. in Lucam, & alij. Accipitur quoque pro regia poteſtate ſicut patet apud Eſa. cap. 22. *In die illa vocabo ſeruū meum Eliacim filium Elchie, induam illum tunica tua & cingulo tuo confortabo eum, & poteſtatem tuam dabo in manu eius, & erit quaſi pater habitantibus Hieruſalem, & domui Iuda, & dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat, & figam illum pax in loco fideli, & erit in ſolium gloriæ domus eius.* Hæc Eſaias. Ex his verbis habetur poteſtas Sacerdotalis, & regia, Sacerdotalis per verba, illa tunica tua, tunica enim, vt teſtatur D. Hieronim. in epiſtola ad Fabiolam eſt veſtis Sacerdotalis. Regia vero poteſtas ſignificatur per verba illa dabo clauem Dauid. Clauis nanq; Dauid, ſeu [quod idem eſt] poteſtas regia fuit, non Sacerdotalis. Dauid enim fuit Rex, & non Sacerdos. Videtur autem quod Propheta more ſuo prædicat fore, vt Chriſtus ex familia Dauid, ſeu ex tribu Iuda reſtaurare debeat Regium ſolium Dauid, quod in captiuitate Babilonica proſtratum erat. Quod poteſt confirmari per tranſlationem Septuaginta Interpretum. *Claudet, & non erit aperiens, & dabo gloriam Dauid ei, & imperabit* Hic prædicitur depoſitio vnius Summi Pontificis & aſſumptio alterius. Quid igitur volunt ſibi ſeptuaginta Interpretes, quando dicunt dabo gloriam Dauid ei, & imperabit niſi regiam ipſius poteſtatem? Sic etiam expoſuerunt Patres. Cyrillus Alex. in commentarijs huius loci, qui cum dixiſſet quod Chriſtus erat futurus Pontifex ſecundum ordinem Melchiſedech inquit, *Cum eſſet homo factus, vocatus eſt etiam noſter Pontifex, & Dauid gloriam accipere dictus eſt, ideſt potentiam & regnum in Iſrael.* Et infra *Exhibito igitur omnium noſtrum domino* [en poteſtas regia] *& Pontifici Chriſto, &c.* Et Theodoretus quem citat, & ſequitur. Leo Caſtrenſis in commentarijs in Eſa: ait. *Simul his verbis Pontificia dignitas, & regalis datur Chriſto. Chriſtus igitur, & Petrus eius Vicarius non fuit Monarcha per vnam ſimplicem poteſtatem ſpiritualem.* Quod etiam docuit Procopius in commento huius loci. *Chriſto Regi ait, & Pontifici non fuit contradicens, non enim profecit inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei; & ſi Iſrael illi contradixit, obediuere gentes, vnde ipſe ait Libera me de contradictionibus populi & conſtitues me in caput gentium.* Hæc Procopius. Dicens futurum eſſe caput nempe Chriſtus, in quo reuera ſit dignitas regia, & Sacerdotalis. Per clauem igitur ne dum

M ſigni-

ſignificatur poteſtas Sacerdotalis, & ſcientiæ, ſed etiam regia. Solet etiam allegari locus ille Apoc. cap. 1. *Ego ſum primus, & nouiſſimus, & viuus; & fui mortuus, & ecce ſum viuus in ſecula ſeculorum, & habeo claues mortis, & inferni.* Hæc ille. Vbi Andreas Cæſareæ Cappadociæ Epiſc exponens ait, Quia mortis quoq; & inferni claues, hoc eſt abſolutam in animæ, & corporis mortem, poteſtatem habeo. Eodem pacto expoſuerunt Anſbertus; & Rupertus Abbas.

9 His ſic obſeruatis, oſtendamus Chriſtum per hæc verba. *Tibi dabo claues Regni Cælorum.* Vtranq; dignitatem regiam ſcilicet, & Sacerdotalem Petro promiſiſſe & primo ſic ratione. Per colationem clauium Petro traddita eſt ſumma poteſtas in ſpiritualibus, vt omnes fatentur Catholici, ergo ei traddita eſt ſumma poteſtas in temporalibus, ſiue, quod eſt idem, Petro datæ ſunt claues regni Cœlorum, ergo terrarum, probatur conſequentia, quoniam in rebus ex omni parte ſubordinatis, ſēper inferiora, & ignobiliora ſaltem eminenter in ſuis ſuperioribus, & nobilioribus continentur, quæ quidem continentia eminentiæ nihil tollit de rebus contentis, ſed eandem rem importat, licet nobiliori quodam modo, quam in ſeipſis habeant ſicut dicimus, quod omnia ſunt in Deo eminenter, hoc eſt, nobiliori modo, quam ſint in ſeipſis, ſed temporalis poteſtas ſubordinatur ex omni parte ſpirituali, vt contra primam propoſitionem Authoris à nobis probatum fuit, ergo in illa continebitur ſaltem eminenter, ergo ſi Petro conceſſa eſt ſumma poteſtas in ſpiritualibus, erit conceſſa, & in temporalibus.

Præterea per regnum Cœlorum ſepe ac ſepius in ſacris litteris Eccleſia militans deſignatur, ſicut tradit D. Greg. homil. 12. in Euang. exponens illud Matt. cap. 25. *Simile eſt regnum cælorum decem virginibus*, dicens, *Sed ſciendum nobis eſt, quod ſepe in ſacro eloquio regnum Cælorum præſentis temporis Eccleſia dicitur. De quo alio in loco dominus dicit. Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, neq; enim in illo regno beatitudinis, in quo pax ſumma eſt, inueniri ſcandala poterunt, quæ colligantur, & inde rurſum dicitur &c.* Hæc ille. Et hoc pacto hic accipitur regnum cœlorum, ſcilicet pro Eccleſia militante quando dicitur. *Tibi dabo claues regni Cælorum.* Sic exponit Aug. lib. 1. de Doctrina Chriſtiana cap. 18. inquiens. *Has igitur claues dedit Eccleſiæ ſuæ.* Eodem modo expoſuit Beda in Apoc. cap. 11. ſuper verba illa. *Habet poteſtatem claudere cælum* vbi ait, *Data eſt Eccleſiæ in Chriſto omnis poteſtas in Cælo, & in terra, clauibus*

bus

bus ei ligandi, atq́, ſoluendi dimiſſis, ſed & ſpiritualiter Cœlum clauditur ne imbrem pluat, ne ſuper terram ſterilem de Eccleſia benedictio deſcendat. Hæc ille. Interprætans cœlum pro Eccleſia; ſed Eccleſia conſtat regno, & Sacerdotio, vt probatum fuit, ergo Petrus nomine clauium poteſtatem regiam, & Sacerdotalem accepit. Vnde Greg. Nyſſen. libro quinto de trinitate ad Euſtatium nomine regni in ſacris litteris, omnem dignitatem, & poteſtatem comprehendi aſſerabat, ait enim. *Omnem dignitatem regni nomine denotat.*

Amplius quandocunq; ſunt aliquæ duæ multitudines, quarum vna ſecundum ſe totam eſt alteri ſubiecta, quicunquæ principatur in ſuperiori, debet preeſſe illi, qui principatur in inferiori, quę quidem propoſitio p°. declaratur in naturalibus, quia ſi corpora incorruptibilia, vt ſuper celeſtia corruptibilibus ſecundum multitudinem principant, ſicut Greg. in moral declarat, oportet vt illud corpus quod naturaliter præſidet in corporibus ſuperioribus præſideat naturaliter ei, quod pręſidet in inferioribus. Vnde Ariſt. lib. 1. Metheoro. Inferior [inquit] hic mundus ex neceſsitate ſuperioribus lationibus, nempe cæli eſt continuus, & omnis eius virtus inde gubernatur. 2°. declaratur in ciuilibus, quia ſi multitudo alicuius ciuitatis principaretur alicui multitudini alicuius villæ, vel ſuburbij, quicunq; principatur in Ciuitate illa, eo ipſo principari debet principi illius ſuburbij, vt per ſe patere videtur. Quod poteſt confirmari, quoniam ideo quia Ciuitas Romana pręſidebat ceteris Ciuitatibus, ideo princeps Romani populi principibus aliarum præſidebat; Tum etiam quia eccleſia Romana eſt aliarum Eccleſiarum magiſtra, & mater, ideo princeps Romanæ Eccleſiæ coniungitur eſſe pater, & Magiſter Prælatorum aliarum Eccleſiarum. Stante hac maiori propoſitione ſic declarata, addo minorem, ſed tota multitudo temporalis ſubijcitur toti multitudini rerum ſpiritualium, vt Beatus Apoſt: 1. cor. 9. dicebat. *Si nos vobis ſpiritualia Seminamus, non eſt magnum ſi carnalia metamus.* Quaſi diceret, quod non eſt magna merces, ſi temporalia pro ſpiritualibus accipiantur, igitur Princeps ſpiritualium principari debet Principi temporalium, & ſic cũ Petrus acceperit ſupremam poteſtatem in ſpiritualibus, accepit etiam in temporalibus. Hinc ſecundum Beatum Dyoniſ. in lib. de Angelica Hierarchia, quia totus ordo Archangelorum principatur toti ordini Angelorũ, ideo Hierarcha in ordine Archangelorum principatur Hierarchæ Angelo-

gelorum ſed veniamus ad Patres.

Primaſius in coment. in Apoc. in ea verba dignus eſt Agnus qui occiſus eſt accipere poteſtatē, inquit. *Licet iſta iure capiti noſtro competant Chriſto, poſſunt tamen & de eius Eccleſia non inconuenienter intelligi, ita dumtaxat, vt quædam Soli competant capiti, quædam etiam corpori, dignus eſt agnus, qui occiſus eſt accipere diuitias, & ipſe enim eſt theſaurus bonorum omnium; & ſapientia Dei, ipſum namq́; fecit dominari cunctis gentibus dicens. Mihi alienigenæ ſubditi ſunt, Et omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, & Tibi dabo claues regni Cælorum. Et tranſit in caput, dicens. Et omnem Creaturam quæ in Cælo, & in terra, & ſubtus terra, & in mari, & quæcunq́; ſunt in eis. Nec hoc dubium ſit accepiſſe Eccleſiam ac petere, cum quæ reſſurexit, ſi durum eſt habere membra quod habet caput, nec illud iniuſtum poteſt videri, quod dicit, Eccleſiam dignam ſe omni creatura, quia & ſi vnum quodq́; membrum religioſa dignitate, his ſe indignum iudicat, totum tamen corpus participeſ eſſe dicamus capitis ſui, de quo legimus, Omnia nobis cum illo donauit.* Hæc ille. Petrus ergo cum Vicarius Chriſti, & caput ſit totius Eccleſiæ, poteſtatem habebit circa omnem Creaturam, & omnia temporalia, quæ ad vſum humanum faciunt. Et lib. 3. cap. 12. in ea verba. *Audiui vocem*, dicit, *Euidenter oſtenditur in quo nos Cælo intelligere iſta conueniat; in Eccleſia nōnq́; factam nouimus victoria Chriſti ſalutem, per quam cognitam accepit etiam poteſtatem ligandi ſoluta, & ſoluendi ligata, cum in vno Petro generali ſignificatione omnes audiuit. Quæ ligaueris ſupee terram ligata erunt, & in Cælis, & quæ ſolueris ſoluta. De hac dominus dicit. Data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terra, non quam ſemper ipſe habuit, ſed quam in Eccleſia ex tempore, quo ipſe voluit tanquam caput in membris habere cæpit.* Hæc ille. Ecce quomodo inquit Primaſ. quod Eccleſia accepit poteſtatem illam per authoritatem ligandi, & ſoluendi ſuper terram, quæ ſignificata fuit per illa verba. Data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terra, ſed per ea verba ſignificata fuit poteſtas regia, & Sacerdotalis, vt ſupra dictum fuit, ergo per poteſtatem ligandi, & ſoluendi Eccleſia vtranquæ poteſtatem accepit regiam ſcilicet, & Sacerdotalem.

Anſpertus in cap. 1. in Apoc. citatis verbis iſtis, quibus à Chriſto promittur principatus apoſtolicus, inquit. *Hanc poteſtatem ipſum*

mem-

membrorum caput in membris accepit in tempore, cuius poteſtas cum Patre manet ſine tempore, ait enim. Data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terra. Hæc ille, terreſtrium & cœleſtium poteſtatem ſignificans, ſic etiam communiter expoſuerunt Græci, & Latini patres, Ephrem, Arethas, Ennodius, Maximus Taurinenſis, Pacianus, Haymo, Cyrillus Hieroſolimitanus, Gryſoſt. Nyſſenus, & alij.

Hanc veritatem ex Summis Pontificibus demonſtremus Gregor. I. cognomento Magnus lib. 3. regiſtri Epiſtola 41. quæ eſt ad Magnificum Aphricæ, aiebat. *Hortor, vt dum vitæ ſpacium ſupereſt ab eiuſdem beati Petri Eccleſia, cui claues cæleſtis regni commiſſæ ſunt, & ligandi, ac ſoluendi poteſtas attributa, veſtra anima non inueniatur diuiſa, ne ſi hic beneficium eius deſpicitur, illi vitæ aditum claudat. Hi autem qui dubitationis veſtræ participes, ſunt ſi ad me venire voluerint nullam ex me quaſi ex poteſtate prodeuntem violentiam, pertimeſcant; Nam nos licet in omnibus cauſis, in ijs tamē præcipue, quæ Dei ſunt ratione magis ſtringere homines, quam poteſtate feſtinamus.* Hæc Greg. Hæc verba ſi recte expendantur vnuſquiſque cognoſcet Gregorium fateri ſe poteſtatem habere circa temporalia abſolute. Nam ad quid verba illa, in ijs tamen præcipue quæ Dei ſunt, niſi eſſet aliqua diſtinctio ab alijs cauſis? Fruſtra. n. ponerentur verba, niſi etiam in temporalibus poteſtatem haberet. Quomodo in omnibus cauſis, in his tamē præcipue, quæ Dei ſunt, ſi tantū poteſtatem habet ſpiritualem? vtranque igitur habet temporalem, & ſpiritualem.

Sanctus Leo nonus in Epiſtola illa aduerſus inauditas præſumptiones Michaelis Conſtātinopolitani & Leonis Archidani Epiſcoporum cum Petrum eſſe caput Eccleſiæ pluribus ex ſacris ſcripturis demonſtraſſet, in cap. 38. ſic concludit. *Has itaque duas, & valde contrarias ſapientias vigili mente diſcernite, & ſi Petrus ſingulariter figura ſummi capitis noſtri, Vicariuſque eius, ac ſui ſucceſſores iam in terris retinent ſpecialem dignitatem, terreni cæleſtiſque regni, nolite inuidere, vel detrahere Romanæ Eccleſiæ apici, quem per charitatem ſolam valetis adipiſci, & in vobis regnare, & ipſi, ſin alias audietis; quod ſupra: Iam ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis, ſine nobis regnatis, atque vtinam regnetis, vt & nos vobiſcum regnemus & ſubdit cap 39. Ecce nos veſtram gloriam ducimus noſtram, cur uos annullare nitimini nobis diuinitus, & humanitus conceſſam.* Hæc ibi aperte inquiens, Summum Pontificem habere dignitatē regni.

regni cæleſtis, & terreni diuinitus ſibi conceſſam. Et in cap. 13. eiuſdem Epiſt. iam dixerat. *His & alijs teſtimonijs quamplurimis iam vobis ſatis factum eſſe debuit de terreno, & cæleſti Imperio, immo de regali Sacerdotio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Apoſtolicæ ſedis præcipue ſuper ſpeciali eius diſpoſitione in cælis, ſi quoquo modo Chriſtiani eſſe, vel dici optatis, ſi ipſam Euangelij veritatem aperte (quod abſit) non impugnatis.* Hæc ille. Ecce quomodo Sanctus Pontifex aſſerit ſe manifeſtaſſe quamplurimis ſacrarum litterarum teſtimonijs datum eſſe Eccleſiæ terreſtræ, & cæleſtæ regnum, vt in ipſa ſit regale Sacerdotium, & dicit ſpeciali ratione regnum cęleſte accepiſſe, vt oſtendat quod diſtincte, & abſolute, & non conſequutiue regnum terrenum accepit.

Gregor. Septimus Papa lib. 8. regiſtri Epiſtola 21. citatis verbis iſtis ait. *Habet Eccleſia Romana poteſtatē ſingulari Priuilegio conceſſam, aperire, & claudere ianuas regni cæleſtis. Cui ergo aperiendi & claudendi Cęli data poteſtas eſt de terra iudicare non licet? abſit; non retinetis, quod ait beatiſſimus Paulus. Neſcitis quia Angelos iudicabimus? Quanto magis ſæcularia?* Hæc ille manifeſtans ſe poſſe ſuper terrena, & temporalia iudicare. Idem docuerunt multi alij Summi Pontifices. Anacletus in Epiſtola ad omnes Orthodoxos. Alex. 1. in Epiſtola ad omnes Orthodoxos. Leo primus in ſerm. ſuæ aſſumptionis ad Pontificatum. Innoc. 3. in comment. in Pſalm. Miſerere. Ioan. 22. Nicolaus 2. & alij.

Adſunt quoque ſacra Concilia. Nam Concilium Francfordienſe ſub Adriano primo Papa, & Carolo Magno in Epiſtola Synodali ad præſules Hiſpaniæ ex verbis modo allatis vtranque poteſtatem Petro conceſſam eſſe affirmat dicens. *Apoſtoli interrogati à Chriſto quem dicunt homines eſſe filium hominis? de filio hominis interrogat, & de filio hominis reſpondet ei Petrus dicens. Tu es Chriſtus filius Dei viui. Et pro hac laudabili confeſſione meruit ab ipſo Deo Saluatore noſtro audire Beatus eſt Simon Bariona, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cælis eſt. Patrem ſuum dixit, qui hæc reuelauit. Pater de ſuo filio myſteria reuelauit ſæculari inaudita ſapientia. Et pro hac glorioſa confeſſione Beatum Petrum Principem Apoſtolorum cæli terræque remunerauit poteſtate dicens, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi nō præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cælorum; & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis.* Hæc ibi. Volens Concilium oſtendere per verbum illud, terræ, aliquod diſtinctum

à rebus

à rebus cæleſtibus, & ſpiritualibus, & regiam denotare dignitatẽ Cum omnes audito hoc nomine terræ, terreſtria eſſe à cæleſtibus diſtincta concipiant. Petrum quoque & ſucceſſores eſſe caput totius Eccleſiæ declaratum fuit in Magno Concilio Niceno Canone 2.3.4 & 6. & 39. Concilium Romanum ſub Syluestro Papa can. 20. Concilium Sardicenſe can. 4. Concilium Conſtantinopolitanum primũ ſub Theodoſio Seniore can. 5. Concilium Calcedonenſe ſub Leone primo & Martiano Auguſto act. 3. Quartum, & Quintum Concilium Romanum ſub Symmacho Papa. Concilium Carthaginenſe. Cōcilium Mileuitanum. Cōcilium Pariſienſe, Cōcilium Aquiſgrauenſe, & plura alia Cōcilia hæc decreuerũt. Quapropter Cōcilium Florẽtinum ſub Eugenio 4. Papa in litteris vnionis ſic deffiniuit. *Item deffinimus Sanctam Apoſtolicam ſedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum; & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum Patrem; & Doctorem exiſtere. Et ipſi in Beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſaliter Eccleſiam à Domino Noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in geſtis Oecumenicorum Conciliorum, & in ſacris Canonibus continetur.* Hæc ibi. At Eccleſia, vt probatum fuit, conſtat abſolute regno, & Sacerdotio, igitur Petrus & ſucceſſores in ipſo à Chriſto acceperunt poteſtatem Sacerdotalem, & Regiam.

Ex Theologis datam in omnibus rebus temporalibus poteſtatem allatis verbis affirmat, D. Thom. qui in opuſculo 20. lib. 3. cap. 10. inquit. *Recipit igitur diuiſionem dominium quadrimembrem ex eadem cauſa, & ratione; quia quoddam eſt Sacerdotale, & regale ſimul, aliud autẽ eſt regale ſolum, ſub quo imperiale ſumitur. Tertium verò politicum, quartum autem Economicum. Primum autem cæteris anteſertur multiplici via, ſed præcipua ſumitur ex inſtitutione diuina, uidelicet Chriſti. Cum enim eidem ſecundum ſuam humanitatem omnis ſit collata poteſtas, vt patet in Matt. cap. 16. dictam poteſtatem ſuo communicauit Vicario cum dixit. Ego dico tibi quia Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in Cælis, & quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cælis. Vbi quattuor ponuntur clauſulæ, omnes ſignificatiuæ dominij Petri ſuorumque ſucceſſorum ſuper omnes fideles, & propter quas merito Summus Pontifex Romanus Chriſtus dici poteſt, Rex, & Sacerdos.* Et infra declarans clauſulas

ſulas dicit, *Dominij vero amplitudo oſtenditur, cum ſubiungit dominus, & tibi dabo claues regni cælorum. In hoc enim inſinuatur nobis poteſtas Petri, & ſucceſſorum ſuorum, quæ ſe extendit ad totam Eccleſiam .ſ. militantẽ, & triumphantem, quæ per regnum cælorum deſignantur; & quæ clauduntur clauibus Petri. Sed Dominij plenitudo oſtenditur, cum vltimo dicitur. Et quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum, & in cælis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in cælis. Cum .n. Summus Pontifex ſit caput in corpore myſtico omnium fidelium Chriſti, & à capite ſit omnis motus, & ſenſus in corpore vero, ſic erit in propoſito. Propter quod oportet dicere in Sum. Pont. eſſe plenitudinem omnium gratiarum, quia ipſe ſolus confert plenam indulgentiam omnium peccatorum, vt competat ſibi quod de primo principe domino dicimus. Quia de plenitudine eius omnes nos accepimus. Quod ſi dicatur ad ſolam referri ſpiritualem poteſtatem, hoc eſſe non poteſt, quia corporale & temporale ex ſpirituali, & perpetuo dependet: ſicut corporis operatio ex virtute animæ.* Hæc ille. Subſcribit Fran. de Mayeronis q. xi. quo liberti inquiens. *Quartum teſtimonium habetur Math. 16. cap. Vbi Dominus promittens Petro principatum ſpiritualium, dixit. Quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cælis, quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cælis, inſtituens ipſum vicarium generalem & vniuerſalem in mũdo iſto Vnde quilibet Vicarius accipit auctoritatem à principali ſecundum formam commiſſionis ſibi factæ. Iſta autem commiſſio fuit vniuerſalis, vniuerſaliter ſumpta, ergo quo ad omnia, tam ſpiritualia, quam temporalia debet eſſe intēta, aut non eſſet intenta vniuerſaliter, ſicut ipſa & diſtributa.* Hæc ille clariſſimus Doctor. Eodem pacto expoſuit Henricus Gandauenſis quolibet 6. q. 23. Egid. de Roma lib. de poteſt. Eccleſiaſt. parte 1 cap. 2. Ioan. Bacconit. in prologo 4. ſent. q. ij. & alij.

Quod Petrus acceperit poteſtatem regiam, & Sacerdotalem apparere poterit, ex Ioan. c. 21. Illa namque, quæ Chriſtus pollicitus eſt Petro Math. cap. 16. reipſa præſtitit poſt Reſurrectionem ſuam vt multi Patres ad notauere. *Cum igitur prãdiſſet dixit Simoni Petro Ieſus. Simon Ioannes diligis me plus his? dicit ei etiam domine tu ſcis quia amo te: dicit ei Paſce agnos meos, dicit ei iterum. Simon Ioannis diligis me? ait illi etiam Domine tu ſcis quia amo te: dicit ei Paſce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon Ioannis amas me? contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tercio amas me? Domine tu ſcis omnia, tu ſcis qui amo te, dicit ei Paſce oues meas.* Hęc Ioannes.

Communi ſenſu Sanctorum Patrum hic Petrum à Chriſto loco ſui, Vicarium inſtitutum eſſe verbis citatis manifeſtum eſt. Cum itaque

itaque Chriſtus ſupremus omnium Princeps vi etiã coactiua,& ſine vlla limitatione trib⁹ vicib⁹ abſolute Petro dixerit, *Paſce oues meas*, ſiue loco mei tibi regimen trado; ſequitur quod nõ ſolum in ſpiritualibus ſed etiam in temporalibus vi coactiua,curam,& poteſtatem ſupremam tribuerit.

Quod autem verbum illud, Paſce,ſit idẽ quod regere, & gubernare,& præſidere docẽt Sãcti Patres & primo Euſebius Emiſenus, ſuper Ioan. cap. vlt. dicens. *Prius agnos,deinde oues commiſit ei, quia non ſolum Paſtorem, ſed Paſtorum Paſtorem eum conſtituit. Paſcit igitur Petrus agnos,paſcit & oues,paſcit filios,paſcit & Matres,regit & ſubditos,& Prælatos. Omnium igitur Paſtor eſt,quia præter agnos, & oues in Eccleſia nihil eſt.* Hæc ille. Ecce quomodo aperte, inquit, Petrum regere ſubditos,& Prælatos,Gryſoſt. etiam ſuper illis verbis,inquit. *Eximius enim Apoſtolorum erat Petrus, & os diſcipulorum, & uertex collegij. Vnde,& negatione deleta, commiſſit ei prælationem fratrum.* Et infra, ait *Loco mei prepoſitus eſto,& caput Fratrum tuorum.* Hæc,ille. D. Auguſt. inquit. *Petro primatum tribuit Ieſus,perſonamque gerebat Eccleſia. Velut Epiſcopus in Synodo generali perſonam ſuæ repreſentat Eccleſia, aut Princeps ſui regni.* Hæc ille, ſubſcribit D. Ambroſius Sermo. quodam de pœnitentia Petri. *Cum, inquit, tertio interrogaretur à Domino Simon amas me?reſpõdit tertio.Domine tu ſcis,quia amo te, Ait Domin⁹ Paſce oues meas, & hoc tertio, quod quidem dictum ad compenſationem prioris profecit erroris, qui.n. Dominum tertio negauerat, tertio confitetur, & quoties culpam delinquendo contraxerat,totiens gratiam diligendo cõquirit Videte igitur quãtum fletus profuerit Petro; antequam fleret lapſus eſt, poſtquam fleuit electus eſt,& qui ante lacrimas præuaricator eſtitit, poſt lacrimas Paſtor aſſumptus eſt,& alios regendos accepit,qui prius ſi ipſe non rexit.* Hæc ille. Hoc idem docet Beda eadem verba declarans. *Sed & hoc Paſtori eſt: fixo corde tenendum,Vt eos,quibus præeſt,non quaſi ſuos proprios, ſed Domini ſui gregẽ tractare meminerit,iuxta illud,quod Petro dicitur. Si diligis me,paſce oues meas,meas,inquit,non tuas,meas tibi oues commendatas ſcito; & has quaſi meas regere; ſi me perfecte amas, recole.* Hæc Beda. Ex quibus omnibus apertum eſt, quod verba illa paſcere,& regere, idem ſignificant,& vnũ pro alio accipitur,adeò vt ſenſus ſit,paſce oues meas,i. rege,& guberna oues meas: ſed regere ſignificat ſupremum Dominium & poteſtatem nedum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, & vi coactiua, igitur quando Chriſtus commiſit Petro, oues ſuas paſcendas, commiſit ei illas regendas, & gubernandas

ſupremum regimen tradens ei in ſpiritualibus & temporalibus. Quod autem verbum illud regere & ſupremum dominium, & vim coactiuam importet, manifeſtum eſt apud ſacras litteras, Sanctos Patres, Summos Pontifices, & Sacra Concilia. In ſacris litteris Pſalm 2 ſcriptum eſt. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea &c.* Quo in loco vt dictum fuit in ſuperioribus demente Patrum ſupremum Chriſti dominium, & vis coactiua procul dubio ſignificatur In Pſalmo ſeptuageſimo nono. *Qui regis Iſrael intende; qui deducis velut ouem Ioſeph.* Quo in loco abſque dubitatione ſupremum in omnibus Dei Dominium ſignificatur. In Pſalmo ſeptuageſimo ſeptimo vbi de rege Dauid ſermo habetur legimus. *Et elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ouium, de poſt fetantes accepit eum. Paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam.* Certum eſt autem, quod Dauid cum eſſet Rex, regimen, & poteſtatem etiam coactiuam accepit, vt patet lib. 2. Reg. cap. 5. & lib. 1. Paralypon cap. 2. habetur *Tu paſces populum meum.* Pro Dominio, & poteſtate coactiua accepit verbum illud regere Ioan. in Apoc. cap. 2. dum ait *Peperit filium Maſculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea.* Idem in cap. 12. & multis alijs in locis, & præcipue apud Ezechielem Prophetam, cap. 34. quando minabatur Paſtoribus, ibi. n. ſicut ſupradictum eſt; per Paſtores tã temporales, quàm ſpirituales rectores intelligebantur, ſicut Hieron. & Theodoret. exponunt.

Nec ſolum apud ſacras litteras, ſed etiam apud Ethnicos ſcriptores in eadem ſignificatione reperitur verbũ illud, paſcere, pro regere, & gubernare ſicuti lib. 2. commentariorum in Geneſis, ſermonem habens de Abelle ouium Paſtore adnotauit Cyrillus Alexand. inquiens. *Perinde. n. atque homines regeret rem ipſam Summa cum ſapientia exercebat, ob quam etiam cauſam Præſules quoque gentium, ciuitatum, populorumque, tam ſcriptura ſacra quam gentiles ipſi, Paſtores ſoliti ſunt appellare.* Hæc ille. Verbum paſcere igitur regere ſignificat. Accedunt & plures Patres, qui ita verbum paſcere exponunt, & interpretantur. vt paſcendas oues etiam in temporalibus Chriſtum Petro commiſiſſe affirmare non dubitent. D. Greg. in lib. Paſtor. parte 2. cap. 7. docet in Eccleſia eſſe vtramque poteſtatem Sacerdotalem & temporalem; licet Prælati, & Paſtores inſtar Moyſis magis ſpiritualibus quam temporalibus curare debeant. Pro loco tamen & tempore externa, & temporalia à Paſtoribus eſſe prouidẽda iuxta

illud Beati Petri in 2. can. cap. 8. Paſcite, qui in vobis eſt, gregem; vnde ab initio, inquit. *Sit rector internorum (ſilicet Prælatus) curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum prouidentiam in internorum occupatione non relinquens. Ne aut exterioribus deditus ab internis corruat, aut ſolis interioribus occupatus, quæ foris debet proximis, non impendat, & poſt multa. Sic itaque Paſtores erga interiora ſtudia ſubditorum ſuorum foueant, quatenus in eis exterioris quoque vitæ prouidentiam non relinquãt. Nam quaſi iure, vt diximus à percipienda prædicatione gregis animus frangitur, ſi cura exterioris ſubſidij à Paſtore negligatur: vnde, & primus Paſtor ſollicite admonet dicens.* Paſcite, qui in vobis eſt gregem. Hæc ibi. Et in Epiſtola ad Secundum, & refert. diſt. 86. cap. Fratrem an. *Dic igitur illi, vt cum loco, & mentem mutet. Nec ſibi credat ſolam lectionem, & orationem ſufficere, vt remotus ſinde ait ſedere, & de manu minime fructificare, ſed largam manum habeat, neceſſitatem patientibus conferat; alienam inopiam ſuam credat, quia ſi hoc non habet ſolum Epiſcopi nomẽ tenet.* Hæc ille. Alcuinus, vt refert in cathena aurea D. Thom. inquit. *Hæc verba interpretans. Paſcere autem oues eſt credentes in Chriſto, ne à fide deficiant, confortare, terrena ſubſidia, ſi neceſſe ſit, ſubditis prouidere, & exempla virtutum, cum verbo prædicationis impendere. Aduerſarijs obſiſtere, ſubditos corrigere.* Hæc ille. In eodem ſenſu eadem verba expoſuit Beatus Laurentius, Iuſtinianus Almæ congregationis Sancti Giorgij in Alga, & Venetiarum Patriarcha, in lib. de inſtitutione & regimine Prælat. dicens. *Paſtor vt ſui mercedem non amittat laboris, Deum ex toto corde diligat; atque pro ipſius amore omnibus ſibi creditis ſolicite miniſtrare non deſerat, paſcat illas verbo, paſcat exemplo; paſcat terrena ſubſtantia: ſic Dominus Ieſus Petro mandauit dicens; Petre amas me? Paſce oues meas.* Hæc ille Beatus Patriarcha. Ad hunc ſenſum expoſuit Ambroſius in fine commẽt. in Lucam, Iſidorus in Epiſtola ad Ioannem Papam. Inno. 3. in primo ſermone Dom. 2. Poſt paſcha D. Thomas, Anton. & alij. Ad hunc eundem ſenſum expoſuit Concilium Aquiſgraneuſe ſub Stephano Quinto Papa, & Ludouico Pio Imperatore cap. 123. aſſerens poſt verba allegata. *Sed, & hoc vigilanter perpendere debent, quod eadem portio gregis Domini non vniformi; ſed multi moda eſt ſolicitudine gerenda, ſiquia, & terrena ſubſidia diligenter illis præbere, & exempla virtutis ſimul, cum verbo prædicationis debent ſolicite impendere. Quapropter ſtudeat vnuſquiſque Prælatus, vt familiæ Chriſti, annonam ſpiritualem, carnalemque fideliter ſubminiſtret.* Hæc illi, ſic etiam, & multa alia Concilia interpretata ſunt. Conſtat igitur ex dictis,

quod hoc verbum, paſco, regere ſignificat. Regere autem vim, & poteſtatem coactiuam etiam circa temporalia importat.

Nunc demonſtrandum eſt ex Sanctis Patribus, quod Chriſtus quando dixit Petro. *Simon Ioan. diligis me? Paſce agnos meos, Paſce oues meas.* Supremum regimen, & circa temporalia, nedum ſpiritualia ei commiſit. Ex Græcis igitur Origenes in cap. 6. Epiſtolæ ad Roman. ad hęc verba alludens, inquit. *Primum mandatum in Euangelijs ſuper vetera omnia, de charitate mandatur, & Petro cum ſumma rerum de paſcendis ouibus traderet & ſuper ipſum uelut ſuper terram fundaretur Eccleſia, nullius confeſſio uirtutis alterius abeo, niſi charitatis exigitur.* Hęc Origenes. Quæ quidem verba cum ſine limitatione ab Origene dicantur ſine limitatione accipi debent, & ſic ſummam rerum curam de ouibus paſcendis, & circa temporalia & ſpiritualia veniunt intelligenda.

Gryſoſt. humil, 87. in Ioannem cum explicaſſet ea verba. *Paſce oues meas*, dicit. *Nam cum magna Chriſtus Petro communicaſſet, orbis terrarum curam demandaſſet, martyrium prædixiſſet, & maiorem erga eum dilectionem teſtatus eſſet; cum uellet Petrus Ioannem ſocium, & collegam*, inquit, *Hic autem quid, &c.* Hæc ibi. Quo in loco Gryſoſt. per ſupremã orbis terrarum curam quandam generalem poteſtatem ſuper omnia manifeſtat. Quare alibi, vt teſtatur D. Thomas in cathena aurea aiebat. *Ne credant te Fratres gratiam, & clauium auctoritatem amiſiſſe, quia amas me, coram ipſis id tibi iam confirmo, quod meum eſt plenum.* Hæc ille. Cum igitur Chriſtus ſecundum naturam humanam ſupremum rerum temporalium dominium habuerit, Si Petro quod ſuũ erat tribuit, igitur & poteſtatẽ rerũ temporalium. Vna cũ Gryſoſt. exponunt Theophilactus, & Euthimius & alij Græci.

Arnobius ex Latinis in comment in Pſalm. 138. dicebat. *Nullus Apoſtolorum nomen Paſtoris accepit; ſolus enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus dicebat. Ego ſum Paſtor bonus, me*, inquit, *ſequantur oues meæ hoc igitur nomen ſanctum & ipſius nominis poteſtatem poſt Reſurrectionem ſuam Petro pœnitenti conceſſit, & negatus negatori ſuo hanc, quam ſolus habuit, poteſtatem.* Hæc Arnobius Alludens ad allegata verba, volens quod ſolum Petro Chriſtus dederit nomen paſtoris, & poteſtatem quam habuit, quia cæteri Apoſtoli vocati ſunt in partem ſolicitudinis. Chriſtus autem fuit Paſtor tã in temporalibus, quam in ſpiritualibus igitur conceſsit & Petro.

Damaſus Papa in Epiſtola ad Proſperum Numidię & cæteros

Epiſcopos ait: *Tantuſque vos Beati Petri Apoſtolorum principis amor incendit, vt in Ouili ipſius, cui omnes creaturæ ſunt traditæ, omnes taliter errantes, & illicita atque probibita præſumentes ſanctis veſtris ſtudijs eum redintegrare cum deſiderio feſtinetis.* Hæc Damaſus, ad hunc Ioan. locum alludens omnes creaturas traditas eſſe Petro affirmat. Greg. Magnus lib. 4. regiſt. Epiſt. 95. quæ eſt ad Gualfacium magiſtrum militum eadem fere verba habet.

Ioan. 8. Papa Epiſtola 192. ad Michaelem Bulgarorum Regem. *Non modica*, inquit, *Triſtitia nos, ò filij cariſſime repleuiſti, quia Sedem Beati Petri cæleſtis regni clauigeris reliquiſti.* Et paulo infra. *Reuertere iam filij amantiſſime ad ſanctam Matrem tuam Romanam Eccleſiam, quæ te religioſo Vtero genuit, & per quam totius religionis, & iuſtitiæ formam Sācto prædeceſſore noſtro Nicolao Præſule mittente ſuſcepiſti, & quæ omnium gentium retinet principatum, & ad quam totius mundi, quaſi ad vnam matrem, & vnum caput conueniunt nationes.* Hæc ille. Ad eundem ſenſum exponunt eadem verba alij Patres, Pontifices, & Cōcilia, quæ breuitatis cauſa omittere decreui. Conſtat igitur ex his quod Chriſtus regimen totius Eccleſiæ Petro commiſit, quod regno & Sacerdotio conſtat. Hinc iure optimo Eccleſia in die Feſto Sancti Petri canit. *Tu es Paſtor ouium, Princeps Apoſtolorum tibi tradidit Deus omnia regna mundi.* At regna mūdi ſunt temporalia ergo &c. Et hæc Eccleſiæ traditio, ſi nulla eſſet auctoritas ſacrarum ſcripturarum, nec Sanctorum Patrum, ſufficere deberet iuxta communem Doctrinam omnium Catholicorum.

Tertius locus, & apertiſsimus quidem eſt, apud Lucam capitulo vigeſimo ſecundo quo temporalis Eccleſiæ poteſtas, & iuriſdictio probatur, quando Chriſtus dicit Apoſtolis. *Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nihil Dixit ergo eis. Sed nunc, & qui habet ſacculum tollat, ſimiliter & peram; & qui non habet gladium, vendat tunicam ſuam, & emat gladium, Dico m. vobis quod adhuc, hoc quod ſcriptum eſt, oportet impleri. Et cum iniquis deputatus eſt; etenim, ea quæ ſunt de me finem habent. At illi dixerunt: Domine. Ecce duo gladij hic, at ille dixit ſatis eſt.* Hæc Lucas. Quibus verbis nempe duobus gladijs non tantum ſpiritualis poteſtas, ſed etiā temporalis, qua Eccleſia deffendi poſsit ſignificatur eſſe in Eccleſia. Hac enim ſententia iuſsit Chriſtus gladium parari, accipi peram, non tamē iuſsit Apoſtolos cedere, & occidere, & ideo Petrus feriens Malchum, à Chriſto fuit reprehenſus. Et hoc fecit Chri-

ſtus, vt

ſtus, vt oſtenderet, quod & ſi ipſe ſuiq; poteſtatẽ habeant ſe armis defendendi, tamen noluit, quia ſponte pati volebat. Cum igitur Eccleſia per Apoſtolos ſit repræſentata, ſi à nobis monſtratum fuerit quod Chriſtus Apoſtolis ſuis iuſſerit arma ferre ad ſui defenſionem, probatum erit quod iure diuino ſit in Eccleſia, non ſolum poteſtas defendendi ſe armis ſpiritualibus, ſed etiam temporalibus. Oſtendamus igitur hæc ſecundum expoſitiones Sanctorum Patrum.

Primus in ordine prodeat D. Auguſtinus, qui hom. 4. in lib. q. ex utroq; teſtamento mixt. q. 104. hæc verba ponderans ait. *Nunc illud oſtendere ſuper eſt; quare contuens factum Apoſtoli Petri, cum, qui gladio vſus fuerit, gladio dicit perire, cum non iniuſte percuſſiſſe videatur. Nam ſicut ſignificatur in Luca ipſo domino permittente percuſſit & ſic prohibitus hæc audierit. Ideo etenim permiſſum eſt, & vt vindicare ſe poſſe videretur; ſed nolle, & vt virtus oſtenderetur incommanere, in quo fuerat, vt in vtroq; vindicare ſe poſſe non ambigeretur, inimici vero pro certo haberent, datam ſibi ab eo poteſtatem vt hoc facerent. Non enim victus apparebat, ſed tradens ſe voluntati eorum.* Hæc ibi. Quibus docet Aug. Chriſtum permiſiſſe, quod Petrus gladio vteretur, & Seruum Pontificis percuteret vt oſtenderet, quod ſe vendicare poterat, ſed nollet, & vt inimici cognoſcant Petrum accepiſſe poteſtatem ab eo vt hoc faceret, nempe vt ſe defenderet, & paolo infra ait. *Illud autem quod anteijs euntibus in via Diſcipulis mandaſſe videtur. vt nihil tollerent in via pacis eſt cauſa, & gratia virtutum, & affabilitas Doctrinæ. Quid enim opus erat tollere aliquid in via, quibus ſignorum cauſa omnia offerenda erant? At vbi tempus quo ſe pati permiſſit, aduenit, propter quod rixa magis quam bellum imminebat, armatos iubet eſſe Diſcipulos, non vt repugnaret, qui pati volebat ſed vt dixi ſe praſcium huius rei, & in poteſtate habere paſſionem ſuã oſtenderet, humiliaret autem ſe humanæ ſalutis cauſa.* Hæc Aug. Qui aſſerit Chriſtum mandaſſe Diſcipulos eſſe armatos pro temporis diuerſitate, & opportunitate, vt paſſionem ſuam in poteſtate habere oſtenderet, poteſtate vtiq; rerum omnium, quam à Patre accepit, etſi cauſa ſalutis noſtræ mortem pati maluerit. Amplius tom. 6. lib. 22. contra Fauſtum Manichęum cap. 70. inquit. *Hinc erat etiam illud Petri, tum euaginato gladio, volens defendere Dominum, auricum perſecutoris abſcidit; quod factum Dominus ſatis minaciter cohibuit dicens. Recondę gladium, qui enim gladio vſus fuerit gladio cadet. Ille autem vtitur gladio, qui nulla ſuperiori ac legitima poteſtate, vel iubente, vel concedente in*

Sangui

Sanguinem alicuius armatur. Nam vtiq; dominus, vt ferrum Diſcipuli eius ferrent, ſed non iuſſerat, vt ferrirent. Quid ergo incongruum ſi Petrus poſt hoc peccatum factus eſt Paſtor Eccleſiæ, ſicut Moyſes poſt percuſſum Egiptium, factus eſt rector illius ſinagoge? Vterq; enim non deteſtabili immanitate, ſed emedabili animoſitate iuſtitiæ regulam exceſſit, vterq; odio improbitatis aliene, ſed ille fraterno, iſte dominico, licet ad huc carnali, tamen amore peccauit. Reſecandū hoc vitium, uel eradiſandū ſed tamen tam magnum ut tamquam terra frugibus ita ferendis uirtutibus excolendū. Hæc ibi. Ex his omnibus manifeſtum eſſe poteſt, quod dicebamus. Apparet enim Auguſtinū voluiſſe, quod apud Chriſtum poteſtas iubendi, & imparandi tamquam in ſuperiore, & in Principe fuiſſet, vt Apoſtoli arma deferrent. Erat igitur apud Chriſtum tamquam caput, auctoritas atq; poteſtas non ſolum gratia ſe defendendi, cum defenſio ſit de iure naturali, ſed etiam imperandi, vt ad ſuam, & Eccleſiæ defenſionem arma ferrent. Et re vera imperauit, vt arma portarent non vt ferirent, dicit Auguſt. Et quod hæc auctoritas, & Poteſtas arma Ferrendi, apud Petrum eſſet, nulli dubium eſſe debet, quia dicit Auguſt. Chriſtum mandaſſe diſcipulis, vt gladium emerent ad Chriſti cęterorumq; diſcipulorum defenſam.

Præterea dignum eſt obſeruatione, quod inquit Aug. 5. q̃ Petrus poſtquam Seruum Pontificis percuſſit, factus fuit Paſtor Eccleſiæ, ſicut Moyſes poſt Egyptium percuſſum factus fuit rector Synagoge; at clarum eſt Moyſem in temporalibus quoquæ rectorem ac principem fuiſſe, igitur, & Petrus factus fuit etiam in temporalibus Paſtor, & rector, & ſic habetur propoſitum. Et in cap. 77. redarguens Manicheos, qui bella in noua lege moueri & geri non poſſe volebant. *Tunc*, ait, *dixerunt ei, cum de gladio emendo iuſſiſſet Ecce ſunt hic duo gladij, & ille reſpondit, ſufficit. Hinc & Petrus inuentus eſt armatus, cum aurem perſecutoris abſcidit. Vbi ſpontaneam eius coercet audaciã, quia non ut iuſſus fuerat ferrum tollere, ita iuſſus fuerat ferire, latebat certe Domini voluntas, cur arma portare præcepiſſet, quibus eis vti noluiſſet. Verum tamen ad illum cum ratione, ad iſtos autem ſine tractatione præcepta facere pertinebat.* Hæc ibi. Et ſermone 117. de tempore, & eſt ſermo 1. in fer. 2 poſt Dominica Palmarum, ait. *Signo dato ab his, qui cum fuſtibus venerunt, detinetur Ieſus, inijcit manus turba, nectuntur vincula, detinetur iuſtitia, & trahitur ab iniuſtitia. Percuſſit ergo Petrus aurem pueri Principis. Quare Petrus? quia ipſe accepit regni cælorum claues, & ſoluendi ligãdiq; ipſe adeptus eſt poteſtatem.* Hæc ille. Quę

ſi recto iudicio conſiderentur, & ad alia verba ipſius Auguſt. allata compararentur, manifeſte apparebit Auguſt. voluiſſe, quod Petrus poteſtatem arma ferendi diuinitus acceperit, dum inquit, quod ideo percuſsit, quia poteſtatem ligandi, ſoluendique adeptus eſt. Ex quibus omnibus de mente D. Auguſt. habemus Eccleſiæ datam eſſe vtramq; poteſtatem, & regiam, & Sacerdotalem, ſub nomine duorum gladiorum.

Inter ceteros D. Bernard. quem ſequuntur Theologi, vt infra videbimus lib. 4. de conſideratione ad Eugenium Papam hunc locum explicat aperte de poteſtate ſpirituali, & temporali, ait namque. *Quid tu vſurpare gladium tentas, quem ſemel iuſſus es ponere in vaginam? Quem, qui tuũ negat non ſatis mihi videtur attendere verbum domini dicentis ſic, Conuerte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo, & ipſe, tuo forſitan nutu, etſi non tua manu euaginandus. Alioquin ſi nullo modo ad te pertineret, & is; dicentibus Apoſtolis; Ecce gladij duo hic, non reſpondiſſet Dominus Satis eſt, ſed nimis eſt. Vterq; igitur Eccleſie, & ſpiritualis ſilicet gladius, & materialis, ſed is quidem pro Eccleſia, ille vero, & ab Eccleſia exercendus eſt. Ille Sacerdotis, is militis manu, ſed ſane ad nutum Sacerdotis, & iuſſum Imperatoris.* Hæc D. Bernard. Hanc Bernardi expoſitionem imitatus eſt D. Bonauent. in comment. ſuper Lucam dicens. *Per duos gladios, intelligitur duplex armatura, ſilicet, ſpiritualis, & materialis. Unde Bernardus ad Eugenium. Si nullo modo ad te pertinet &c.* Et lib. 4. Sent. diſt. 37. in expoſitione littere dubio 4. exponens verba illa. Magiſtri, Sed Sancta Dei Eccleſia, inquit. *Videtur falſum dicere, quia Bernardus dicit ad Eugenium, ꝙ habet utrumq; gladium, & uterq; gladius, tam ſpiritualis quam materialis eſt Eccleſie, & hoc probat per illud Luce 22. ſunt gladij duo, & dominus ſatis eſt. Reſpondeo dicendum quod uterq;, ut dicit Bernardus, ſed differenter, eſt Eccleſiæ, quia ſpiritualis extrahendus eſt manu Eccleſie, ſed materialis non manu; ſed tantum nutu, & per hoc ſoluitur illud.* Hæc D. Bonauent. Explicans ad eundem ſenſum etiam Magiſtrum Sent.

Eandem expoſitionem Bernardi imitatur etiam Ricardus lib. 4. Sent. diſt. 37. in expoſitione eorundem verborum Magiſtri inquiens. *Contra Luce 22. dicitur. Ecce gladi duo hic. At ille dixit eis. Satis eſt. Item Bernardus 4. lib. de conſiderat. ad Eugenium cap. 6. Eccleſie eſt gladius ſpiritualis, & materialis. Reſpondeo quod utrunq; gladium habet Eccleſia, ſed ſicut dicit Bernardus ubi prius, materialis eſt exercendus pro Eccleſia militis manu ad nutum ſacerdotis, & iuſſu Imperatoris. Spiritualis*

vero eſt ab Eccleſia exercendus. Magiſter autem non loquitur niſi de gladio ab Eccleſia exercendo. Hæc Ricardus & ipſe exponens Magiſtrum.

Sanctus Anſelmus in comment. in cap. 27. Math. *Nota*, inquit, *duos eſſe gladios in Eccleſia alter materialis, alter ſpiritualus, ſed ſpiritualis nõ niſi volentes, materialis cogit etiam nolentes, plures .n. gladio, quã ſtola coguntur in Eccleſia ſicut & miniſtri ſæculares à quibus temporalia, & ſpirituales à quibus debent tractari ſpiritualia.* Hæc Anſelm. vtrumque gladium eſſe in Eccleſia affirmãs. In eandem ſententiã cum Aug. & alij videtur iuiſſe D. Hieron. Beda. Antonin. & alij. Idem etiam docuit PetrusDamianus, Hildebertus Cenomanẽſis Epiſt. 40. Vgo de Sãct. Victore lib. Miſcellan. 1. & tit. 49. & lib. 4. vſcel. 2. tit. 16: & plures alij: Quare Bonifacius 8. Papa in Extrauagant. Vnam ſanctam de maior. & obe. dicebat. *In hac eiuſque poteſtate duos eſſe gladios ſpiritualem videlicet, & temporalem Euangelicis dictis inſtruuntur nam dicentibus Apoſtolis. Ecce gladij duo hic in Eccleſia. ſ. cũ Apoſtoli loquerentur non reſpondit Dominus nimis eſſe, ſed ſatis. Certe, qui in Poteſtate Petri temporalẽ gladium eſſe negat, male verbum attendit Domini proferentis. Conuerte gladium tuum in uaginam. Vterque igitur in poteſtate Eccleſiæ ſpiritualis. ſ. gladius & materialis.* Hæc ille. Quæ extrauagans à Concilio Lateranenſe vltimo ſub Leone x. ſeſſ. 9. in Bulla refor. curiæ fuit confirmata, cui ad ſtipulatus fuit Gregor. 9 in Epiſt. ad Germanum Patriarcham Conſtãtinopolitanum. Aſſentiunt, & celebriores Theologi; nam præter D. Bonauent. & Ricard. Alexand. de Alex. 3. par. Summ. q. 33. memb. 2. art. 4. in reſponſionibus ad argum. aſſerit. *Ad aliud quod obijcit, de Imperatore quod ordinatur à Papa dicendũ, quod verũ eſt, quod recipit poteſtatem à Papa ad puniendos maleficos, eſequutionem autem poteſtatis accipit à lege, à Deo ergo per Papam recipit auctoritatem, ut ſit miniſter legis, & iuſtitiæ diuinæ. Vnde Auguſt. in quæſtionibus Leuitici. Cum homo iuſtẽ occiditur, lex occidit: non tu (dicit iudici ſæculari) ſi autem obijciatur quod ille facit cuius auctoritate fit; Vnde Papa, & Epiſcopi, qui habent præpoſitos iudices ſanguinis, uidentur occidere, dicendum ꝙ eſt auctoritas iubendi, & eſt auctoritas innuendi, in auctoritate iubendi, ſequitur ille facit, cuius auctoritate fit, in auctoritate uero innuendi non ſequitur. Eſt autem auctoritas iubendi, occidere maleficos penes Imperatores, auctoritas vero innuendi penes Papam, & Sacerdotes, eſt autem iſta innuitio diuinẽ legis (ut dictum eſt) prædicatio, & ut Principes legi diuine obediant exhortatio. Vnde Bernardus in 4. lib. de conſideratione ad Eugenium, oſtendit qualiter vterque gladius eſt Eccleſiæ, materialis, & ſpiritualis, ſed quod gladius mate-*

rialis pertineat ad eam, quantum ad nutum, non quantum ad iuſſum & ad uſum, & uerba ſunt, Qui gladium materialem tuum negat, non ſatis mihi uidetur attendere &c. Hæc ille ſequens D. Bernardi expoſitionem, quam etiam expoſitionem habet ipſe 3. part. q. 45. memb. 3. art. 2. §. 2. & alibi ſæpe repetit eandem.

Egidius Romanus lib. de poteſt. Eccleſiaſt. part. 1. cap. 2. ait. *Quæ autem ſunt, à Deo, ordinata ſunt, ſi ergo ſunt duo gladij, unus ſpiritualis, & alter temporalis, ut poteſt patere ex ſententia Euãgelij, Ecce gladij duo hic, ubi ſtatim ſubiungit Dominus, ſatis eſt, ideſt, hi duo gladij ſufficiunt in Eccleſia, oportet autẽ hos duos gladios, i. has duas auctoritates, & poteſtates à Deo eſſe, quia ut dictum eſt, non eſt poteſtas niſi à Deo; ſimiliter oportet hæc ordinata eſſe, quia ut tangebamus, quæ ſunt à Deo, oportet ordinata eſſe; non eſſent autem ordinata, niſi unus gladius reduceretur per alium & niſi unus eſſet ſub alio, quia ut dictum eſt, per Dioniſium, hæc requirit lex diuinitus.* Hæc ille. Ecce quomodo iſti duo clariſsimi Theologi Alex. Alenſis, & Egidius vna cum Sancto Thoma, à nobis in ſuperioribus allegato & Bonifacio Papa octauo affirmant in Eccleſia nedum eſſe d[illegible] dios. ſ. duas poteſtates; temporalem & ſpiritualem & q[illegible]na ordinatur ad aliam, & eſt ſub illa ſ. temporalis ſub ſpiriti[illegible] Immo dicit Alex. quod Imperator habet poteſtatem à Deo [illegible] per Papam, quod nos monſtrabamus contra primam propo[illegible]

Franc. de Mayeronis loco ſupra citato quolib. q. 11. a[illegible] *matur quia Lucæ 22. cap. dicente Domino. Qui non habet, uendat t*[illegible] *emat gladium Dixerunt Apoſtoli, Ecce duo gladij hic & iſti duo*[illegible] *piunt à Doctoribus communiter pro iuriſdictione duplici. ſ. tempor*[illegible] *rituali, quam Apoſtoli emerunt uendentes tunicas ſuorum corpor*[illegible] *rent gentium fidem.* Deinde affert ipſe Francſ. quandam reſponſionem eorum, qui dicunt quod ſecundum dicta Beati Dioniſij, miſtica Theologia non eſt arguibilis, & quia illa expoſitio eſt myſtica, ideo non facit fidem. *Iſtud dictam*, inquit Franc. *non eſt reale, quia ubi expoſitio non poteſt dari iuxta litteram in ſuperficie, tunc illa expoſitio, quæ uideretur eſſe myſtica, eſt litteralis, & ſic eſt in propoſito, quia non eſt uerìſimile, ꝙ Chriſtus eis pro tunc induceret emere amaturas; cum gladij uſum ad defenſionem, tunc Petro inhibuerit.* Hæc ille. Ecce igitur quod in Eccleſia eſt vtraque poteſtas ſpiritualis, & temporalis ſub nomine duorum gladiorum.

Nec ſolum ex nouo teſtamento, ſed & veteri quoque hoc idem probari poteſt. Nam in Deuteronom. cap. 17. ſcribitur. *Si difficile, &*

cile, &

cile, & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem, & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram, & iudicum inter portas tuas videbis verba variari. Surge, & aſcende ad locum, quem elegit Dominus Deus tuus, venieſque ad Sacerdotem Leuitici generis, & ad Iudicem quicunque fuerit illo tempore, querensque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunque dixerint, qui præſunt loco, quem elegit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, nec declinabis ad dexteram neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis Imperio, qui eo tempore miniſtrabit Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & aufer malum de Iſrael, cunctuſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Hæc ibi. Pro quorum verborum intelligentia nonnulla ſunt notanda. Ex quibus manifeſta erit dignitas temporalis in Eccleſia apud Sacerdotes eſſe. Et primo obſeruandum eſt quod per illa, Iudicum inter portas tuas videbis verba variari intelligitur iudicium etiam rerum temporalium, & ciuile. Quod manifeſtum videt ex cap. 16. præcedente, vbi Moyſes hæc præcepit. *Iudices, & Magiſtratus conſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederis tibi per ſingulas tribus ſuas, vt iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent. Non accipies perſonam, nec munera. Iuſte, quod iuſtum eſt, perſequeris.* Immo in eodem cap. 17. habetur, vt rei adducantur ad portas, vt iudicari à ſenioribus, & iudicibus ciuitatis illius, & eiciantur extra portas, & lapidentur legitur. n. ſic. *Cumque reperti fuerint apud te intra vnam portarum tuarũ, quas Dominus Deus tuus dabit tibi, uir aut mulier, qui faciant malum in conſpectu Domini Dei tui, & tranſgrediantur pactum illius, vt vadant, & ſeruiant Dijs alienis, & adorent eos, ſolem, & lunam, & omnem militiam cœli, quæ non præcepi, & hoc tibi fuerit nunciatum, audienſque inquiſieris diligẽter, & verum eſſe repereris, & abominatio facta eſt in Iſrael; educ virum, ac mulierem qui rem ſceleratiſſimã perpetrarunt, ad portas ciuitatis tuæ & lapidibus obruentur. In ore duorum aut trium teſtium peribit, qui interficietur.* Hæc ibi. Et manifeſte loquitur de iudicio ciuili quod fiebat intra portas ciuitatis. Idem habetur cap. 21.

Notandum eſt ſecundo quod per verba illa ſurge, & aſcende ad locum, quem elegit Dominus Deus tuus, ad Sacerdotes Leuitici generis exprimitur ſedes Sacerdotalis. Quod probari poteſt ex Deuteronomio cap. 12. vbi inquit, Moyſes. *Ad locum, quem elegit Dominus Deus veſter de cunctis tribubus veſtris, vt ponat nomen ſuum ibi, in eo venietis, vt offeratis in loco illo holocauſta,* Et Poſtpoca ſubdit. *Ne*

ſulas dicit, *Dominij vero amplitudo oſtenditur, cum ſubiungit dominus, & tibi dabo claues regni cælorum, In hoc enim inſinuatur nobis poteſtas Petri, & ſucceſſorum ſuorum, quæ ſe extendit ad totam Eccleſiam .ſ. militantẽ, & triumphantem, quæ per regnum cælorum deſignantur; & quæ clauduntur clauibus Petri. Sed Dominij pleniludo oſtenditur, cum vltimo dicitur. Et quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum, & in cælis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in cælis. Cum. n. Summus Pontifex ſit caput in corpore myſtico omnium fidelium Chriſti, & à capite ſit omnis motus, & ſenſus in corpore vero, ſic erit in propoſito. Propter quod oportet dicere in Sum. Pont. eſſe plenitudinem omnium gratiarum, quia ipſe ſolus confert plenam indulgentiam omnium peccatorum, vt competat ſibi quod de primo principe domino dicimus. Quia de plenitudine eius omnes nos accepimus. Quod ſi dicatur ad ſolam referri ſpiritualem poteſtatem, hoc eſſe non poteſt, quia corporale & temporale ex ſpirituali, & perpetuo dependet: ſicut corporis operatio ex virtute animæ.* Hæc ille. Subſcribit Fran. de Mayeronis q. xi. quolibeti inquiens. *Quartum teſtimonium habetur Math. 16. cap. Vbi Dominus promittens Petro principatum ſpiritualium, dixit. Quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cælis, quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cælis, inſtituens ipſum vicarium generalem & vniuerſalem in mũdo iſto Vnde quilibet Vicarius accipit auctoritatem à principali ſecundum formam commiſſionis ſibi factæ. Iſta autem commiſſio fuit vniuerſalis, vniuerſaliter ſumpta, ergo quo ad omnia, tam ſpiritualia, quam temporalia debet eſſe intẽta, aut non eſſet intenta vniuerſaliter, ſicut ipſa & diſtributa.* Hæc ille clariſſimus Doctor. Eodem pacto expoſuit Henricus Gandauenſis quolibet 6. q. 23. Egid. de Roma lib. de poteſt. Eccleſiaſt. parte 1 cap. 2. Ioan. Bacconit. in prologo 4 ſent. q. ij. & alij.

Quod Petrus acceperit poteſtatem regiam, & Sacerdotalem apparere poterit, ex Ioan. c. 21. Illa namque, quæ Chriſtus pollicitus eſt Petro Math. cap. 16. reipſa præſtitit poſt Reſurrectionem ſuam vt multi Patres adnotauere. *Cum igitur prãdiſſet dixit Simoni Petro Ieſus. Simon Ioannes diligis me plus his? dicit ei etiam domine tu ſcis quia amo te: dicit ei Paſce agnos meos, dicit ei iterum. Simon Ioannis diligis me? ait illi etiam Domine tu ſcis quia amo te: dicit ei Paſce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon Ioannis amas me? contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertio amas me? Domine tu ſcis omnia, tu ſcis quia amo te, dicit ei Paſce oues meas.* Hæc Ioannes.

Communi ſenſu Sanctorum Patrum hic Petrum à Chriſto loco ſui, Vicarium inſtitutum eſſe verbis citatis manifeſtum eſt. Cum

itaque

itaque Chriſtus ſupremus omnium Princeps vi etiã coactiua.& ſine vlla limitatione trib⁹ vicib⁹ abſolute Petro dixerit, *Paſce oues meas*, ſiue loco mei tibi regimen trado; ſequitur quod nõ ſolum in ſpiritualibus ſed etiam in temporalibus vi coactiua,curam,& poteſtatem ſupremam tribuerit.

Quod autem verbum illud, Paſce,ſit idẽ quod regere, & gubernare,& præſidere docẽt Sãcti Patres & primo Euſebius Emiſenus, ſuper Ioan. cap. vlt. dicens. *Prius agnos,deinde oues commiſit ei, quia non ſolum Paſtorem, ſed Paſtorum Paſtorem eum conſtituit. Paſcit igitur Petrus agnos,paſcit & oues,paſcit filios,paſcit & Matres,regit & ſubditos,& Prælatos. Omnium igitur Paſtor eſt,quia præter agnos, & oues in Eccleſia nihil eſt.* Hæc ille. Ecce quomodo aperte, inquit, Petrum regere ſubditos,& Prælatos,Gryſoſt. etiam ſuper illis verbis,inquit. *Eximius enim Apoſtolorum erat Petrus, & os diſcipulorum, & uertex collegij. Vnde,& negatione deleta, commiſſit ei prælationem fratrum.* Et infra, *ait Loco mei præpoſitus eſto,& caput Fratrum tuorum.* Hæc ille. D. Auguſt. inquit. *Petro primatum tribuit Ieſus,perſonamque gerebat Eccleſia. Velut Epiſcopus in Synodo generali perſonam ſuæ repreſentat Eccleſiæ, aut Princeps ſui regni.* Hæc ille, ſubſcribit D. Ambroſius Sermo. quodam de pœnitentia Petri. *Cum, inquit, tertio interrogaretur à Domino Simon amas me? reſpõdit tertio. Domine tu ſcis,quia amo te, Ait Domin⁹ Paſce oues meas, & hoc tertio, quod quidem dictum ad compenſationem prioris profecit erroris, qui.n. Dominum tertio negauerat, tertio confitetur, & quoties culpam delinquendo contraxerat,totiens gratiam diligendo cõquirit Videte igitur quãtum fletus profuerit Petro; antequam fleret lapſus eſt, poſtquam fleuit electus eſt,& qui ante lacrimas prauaricator extitit, poſt lacrimas Paſtor aſſumptus eſt,& alios regendos accepit,qui prius ſi ipſe non rexit.* Hæc ille. Hoc idem docet Beda eadem verba declarans. *Sed & hoc Paſtori eſt: fixo corde tenendum,Vt eos,quibus præeſt,non quaſi ſuos proprios, ſed Domini ſui gregẽ tractare meminerit,iuxta illud,quod Petro dicitur. Si diligis me,paſce oues meas,meas,inquit,non tuas,meas tibi oues commendatas ſcito; & has quaſi meas regere; ſi me perfecte amas, recole.* Hæc Beda. Ex quibus omnibus apertum eſt, quod verba illa paſcere,& regere, idem ſignificant,& vnũ pro alio accipitur,adeò vt ſenſus ſit,paſce oues meas,i. rege,& guberna oues meas: ſed regere ſignificat ſupremum Dominium & poteſtatem nedum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, & vi coactiua, igitur quando Chriſtus commiſit Petro, oues ſuas paſcendas, commiſit ei illas regendas, & gubernandas

ſupremum regimen tradens ei in ſpiritualibus & temporalibus. Quod autem verbum illud regere & ſupremum dominium, & vim coactiuam importet; manifeſtum eſt apud ſacras litteras, Sanctos Patres, Summos Pontifices, & Sacra Concilia. In ſacris litteris Pſalm 2 ſcriptum eſt. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam terminas terræ. Reges eos in virga ferrea &c.* Quo in loco vt dictum fuit in ſuperioribus de mente Patrum ſupremum Chriſti dominium, & iis coactiuũ procul dubio ſignificatur. In Pſalmo ſeptuageſimo nono. *Qui regis Iſrael intende; qui deducis velut ouem Ioſeph.* Quo in loco abſque dubitatione ſupremum in omnibus Dei Dominium ſignificatur. In Pſalmo ſeptuageſimo ſeptimo vbi de rege Dauid ſermo habetur legimus. *Et elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ouium; de poſt fetantes accepit eum. Paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam.* Certum eſt autem, q Dauid cum eſſet Rex, regimen, & poteſtatem etiam coactiuam accepit, vt patet lib. 2. Reg. cap. 5. & lib. 1. Paralypom cap. 2. habetur *Tu paſces populum meum.* Pro Dominio, & poteſtate coactiua accepit verbum illud regere Ioan. in Apoc. cap. 2. dum ait *Peperit filium Maſculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea.* Idem in cap. 12. & multis alijs in locis, & præcipue apud Ezechielem Prophetam, cap. 34. quando minabatur Paſtoribus, ibi .n. ſicut ſupradictum eſt; per Paſtores tã temporales, quã ſpirituales rectores intelligebantur, ſicut Hieron. & Theodoretus exponunt.

Nec ſolum apud ſacras litteras, ſed etiam apud Ethnicos ſcriptores in eadem ſignificatione reperitur verbũ illud, paſcere, pro regere, & gubernare ſicuti lib. 2. commentariorum in Geneſis, ſermonem habens de Abelle ouium Paſtore adnotauit Cyrillus Alexand. inquiens. *Perinde .n. atque homines regeret rem ipſam Summa cum ſapientia exercebat, ob quam etiam cauſam Præſules quoque gentium, ciuitatum, populorumque, tam ſcriptura ſacra quam gentiles ipſi, Paſtores ſoliti ſunt appellare.* Hæc ille. Verbum paſcere igitur regere ſignificat. Accedunt & plures Patres, qui ita verbum paſcere exponunt, & interpretant vt paſcendas oues etiam in temporalibus Chriſtum Petro commiſiſſe affirmare non dubitent. D. Greg. in lib. Paſtor. parte 2. cap. 7. docet in Eccleſia eſſe vtramque poteſtatem Sacerdotalem & temporalem; licet Prælati, & Paſtores inſtar Moyſis magis ſpiritualibus quam temporalibus curare debeant. Pro loco tamen & tempore externa, & temporalia à Paſtoribus eſſe prouidẽda iuxta

illud Beati Petri in 2. can. cap. 5. Paſcite, qui in vobis eſt, gregem; vnde ab initio, inquit. *Sit rector internorum (ſcilicet Prælatus) curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum prouidentiam in internorum occupatione non relinquens. Ne aut exterioribus deditus ab internis corruat, aut ſolis interioribus occupatus, quæ foris debet proximis, non impendat, & poſt multa. Sic itaque Paſtores erga interiora ſtudia ſubditorum ſuorum foueant; quatenus in eis exterioris quoque vitæ prouidentiam non relinquant. Nam quaſi iure, vt diximus à percipienda prædicatione gregis animus frangitur, ſi cura exterioris ſubſidij à Paſtore negligatur. Vnde & primus Paſtor ſollicite admonet dicens. Paſcite, qui in vobis eſt gregem.* Hæc ibi. Et in Epiſtola ad Secundum, & refert. diſt. 86. cap. Fratrem art. *Dic igitur illi, vt cum loco, & mentem mutet. Nec ſibi credat ſolam lectionem, & orationem ſufficere, vt remotus ſtudeat ſedere, & de manu minime fructificare, ſed largam manum habeat, neceſſitatem patientibus concurrat, alienam inopiam ſuam credat, quia ſi hoc non habet, ſolum Epiſcopi nomen tenet.* Hæc ille. Alcuinus, vt refert in cathena aurea D. Thom. inquit. *Hæc verba interpretans. Paſcere autem oues eſt credentes in Chriſto, ne à fide deficiant, confortare, terrena ſubſidia, ſi neceſſe ſit, ſubditis prouidere, & exempla virtutum, cum verbo prædicationis impendere. Aduerſarijs obſiſtere, ſubditos corrigere.* Hæc ille. In eodem ſenſu eadem verba expoſuit Beatus Laurentius, Iuſtinianus Almæ congregationis Sancti Giorgij in Alga, & Venetiarum Patriarcha, in lib. de inſtitutione, & regimine Prælat. dicens. *Paſtor vt ſui mercedem non amittat laboris, Deum ex toto corde diligat; atque pro ipſius amore omnibus ſibi creditis ſollicite miniſtrare non deſerat, paſcat illas verbo, paſcat exemplo; paſcat terrena ſubſtantia: ſic Dominus Ieſus Petro mandauit dicens; Petre amas me? Paſce oues meas.* Hæc ille Beatus Patriarcha. Ad hunc ſenſum expoſuit Ambroſius in fine commentar. in Lucam, Iſidorus in Epiſtola ad Ioannem Papam. Inno. 3. in primo ſermone Dom. 2. Poſt paſcha D. Thomas, Anton. & alij. Ad hunc eundem ſenſum expoſuit Concilium Aquiſgranenſe ſub Stephano Quinto Papa, & Ludouico Pio Imperatore cap. 123. aſſerens poſt verba allegata. *Sed, & hoc vigilanter perpendere debent, quod eadem portio gregis Domini non vniformi; ſed multimoda eſt ſollicitudine gerenda, ſcilicet quia, & terrena ſubſidia diligenter illis præbere, & exempla virtutis ſimul, cum verbo prædicationis debent ſollicite impendere. Quapropter ſtudeat vnuſquiſque Prælatus, vt familiæ Chriſti, annonam ſpiritualem, carnalemque fideliter ſubminiſtret.* Hæc illi, ſic etiam, & multa alia Concilia interpretata ſunt. Conſtat igitur ex dictis,

quod hoc verbum, paſco, regere ſignificat. Regere autem vim, & poteſtatem coactiuam etiam circa temporalia importat.

Nunc demonſtrandum eſt ex Sanctis Patribus, quod Chriſtus quando dixit Petro. *Simon Ioan. diligis me? Paſce agnos meos, Paſce oues meas.* Supremum regimen, & circa temporalia, nedum ſpiritualia ei commiſit. Ex Græcis igitur Origenes in cap. 6. Epiſtolæ ad Roman. ad hęc verba alludens, inquit. *Primum mandatum in Euangelijs ſuper vetera omnia, de charitate mandatur, & Petro cum ſumma rerum de paſcendis ouibus traderẽ & ſuper ipſum uelut ſuper terram fundaretur Eccleſia, nullius confeſſio uirtutis alterius abeo, niſi charitatis exigitur.* Hęc Origenes. Quæ quidem verba cum ſine limitatione ab Origene dicantur ſine limitatione accipi debent, & ſic ſummam rerum curam de ouibus paſcendis, & circa temporalia & ſpiritualia veniunt intelligenda.

Gryſoſt. humil, 87. in Ioannem cum explicaſſet ea verba. *Paſce oues meas*, dicit. *Nam cum magnus Chriſtus Petro communicaſſet, orbis terrarum curam demandaſſet, martyrium prædixiſſet, & maiorem erga eum dilectionem teſtatus eſſet; cum uellet Petrus Ioannem ſocium, & collegam*, inquit, *Hic autem quid, &c.* Hæc ibi. Quo in loco Gryſoſt. per ſupremã orbis terrarum curam quandam generalem poteſtatem ſuper omnia manifeſtat. Quare alibi, vt teſtatur D. Thomas in cathena aurea aiebat. *Ne credant te Fratres gratiam, & clauium auctoritatem amiſiſſe, quia amas me; coram ipſis id tibi iam confirmo, quod meum eſt plenum.* Hæc ille. Cum igitur Chriſtus ſecundum naturam humanam ſupremum rerum temporalium dominium habuerit, Si Petro quod ſuũ erat tribuit, igitur & poteſtatẽ rerũ temporalium. Vna cũ Gryſoſt. exponunt Theophilactus, & Euthimius & alij Græci.

Arnobius ex Latinis in comment in Pſalm. 138. dicebat. *Nullus Apoſtolorum nomen Paſtoris accepit; ſolus enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus dicebat. Ego ſum Paſtor bonus, me*, inquit, *ſequantur oues meæ hoc igitur nomen ſanctum & ipſius nominis poteſtatem poſt Reſurrectionem ſuam Petro pęnitenti conceſſit, & negatus negatori ſuo hanc, quam ſolus habuit, poteſtatem.* Hæc Arnobius Alludens ad allegata verba, volens quod ſolum Petro Chriſtus dederit nomen paſtoris, & poteſtatem quam habuit, quia cæteri Apoſtoli vocati ſunt in partem ſolicitudinis. Chriſtus autem fuit Paſtor tã in temporalibus, quam in ſpiritualibus igitur conceſsit & Petro.

Damaſus Papa in Epiſtola ad Proſperum Numidię & cæteros

Epiſcopos ait: *Tantuſque vos Beati Petri Apoſtolorum principis amor incendit, vt in Ouili ipſius, cui omnes creaturæ ſunt traditæ, omnes taliter errantes, & illicita atque prohibita præſumentes ſanctis veſtris ſtudijs eum redintegrare cum deſiderio feſtinetis.* Hæc Damaſus, ad hunc Ioan. locum alludens omnes creaturas traditas eſſe Petro affirmat. Greg. Magnus lib. 4. regiſt. Epiſt. 95. quæ eſt ad Gualfacium magiſtrum militum eadem fere verba habet.

Ioan. 8. Papa Epiſtola 192. ad Michaelem Bulgarorum Regem. *Non modica*, inquit, *Triſtitia nos, ô filij cariſſime repleuiſti, quia Sedem Beati Petri cæleſtis regni clauigeris reliquiſti.* Et paulo infra. *Reuertere iam fili amantiſſime ad ſanctam Matrem tuam Romanam Eccleſiam, quæ te religioſo Utero genuit, & per quam totius religionis, & iuſtitiæ formam Sācto prædeceſſore noſtro Nicolao Præſule mittente ſuſcepiſti, & quæ omnium gentium retinet principatum, & ad quam totius mundi, quaſi ad vnam matrem, & vnum caput conueniunt nationes.* Hæc ille. Ad eundem ſenſum exponunt eadem verba alij Patres, Pontifices, & Cōcilia, quæ breuitatis cauſa omittere decreui. Conſtat igitur ex his quod Chriſtus regimen totius Eccleſiæ Petro commiſit, quod regno & Sacerdotio conſtat. Hinc iure optimo Eccleſia in die Feſto Sancti Petri canit. *Tu es Paſtor ouium, Princeps Apoſtolorum tibi tradidit Deus omnia regna mundi.* At regna mūdi ſunt temporalia ergo &c. Et hæc Eccleſiæ traditio, ſi nulla eſſet auctoritas ſacrarum ſcripturarum, nec Sanctorum Patrum, ſufficere deberet iuxta communem Doctrinam omnium Catholicorum.

Tertius locus, & apertiſsimus quidem eſt, apud Lucam capitulo vigeſimo ſecundo quo temporalis Eccleſiæ poteſtas, & iuriſdictio probatur, quando Chriſtus dicit Apoſtolis. *Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nihil Dixit ergo eis. Sed nunc, & qui habet ſacculum tollat, ſimiliter & peram; & qui non habet gladium, vendat tunicam ſuam, & emat gladium, Dico n. vobis quod adhuc, hoc quod ſcriptum eſt, oportet impleri. Et cum iniquis deputatus eſt; etenim, ea quæ ſunt de me finem habent. At illi dixerunt: Domine. Ecce duo gladij hic, at ille dixit ſatis eſt.* Hæc Lucas. Quibus verbis nempe duobus gladijs non tantum ſpiritualis poteſtas, ſed etiā temporalis, qua Eccleſia deffendi poſsit ſignificatur eſſe in Eccleſia. Hac enim ſententia iuſsit Chriſtus gladium parari, accipi peram, non tamē iuſsit Apoſtolos cedere, & occidere, & ideo Petrus feriens Malchum, à Chriſto fuit reprehenſus. Et hoc fecit Chriſtus, vt

ſtus, vt oſtenderet, quod & ſi ipſe ſuiq; poteſtatē habeant ſe armis defendendi, tamen noluit, quia ſponte pati volebat. Cum igitur Eccleſia per Apoſtolos ſit repræſentata, ſi à nobis monſtratum fuerit quod Chriſtus Apoſtolis ſuis iuſſerit arma ferre ad ſui defenſionem, probatum erit quod iure diuino ſit in Eccleſia, non ſolum poteſtas defendendi ſe armis ſpiritualibus, ſed etiam temporalibus. Oſtendamus igitur hæc ſecundum expoſitiones Sanctorum Patrum.

Primus in ordine prodeat D. Auguſtinus, qui hom. 4. in lib. q. ex utroq; teſtamento mixt. q. 104. hæc verba ponderans ait. *Nunc illud oſtendere ſuper eſt; quare contuens factum Apoſtoli Petri, cum, qui gladio vſus fuerit, gladio dicit perire, cum non iniuſte percuſſiſſe videatur. Nam ſicut ſignificatur in Luca ipſo domino permittente percuſſit & ſic prohibitus hæc audierit. Ideo etenim permiſſum eſt, & vt vindicare ſe poſſe videretur; ſed nolle, & vt virtus oſtenderetur incommunere, in quo fuerat, vt in vtroq; vindicare ſe poſſe non ambigeretur, inimici vero pro certo haberent, datam ſibi ab eo poteſtatem vt hoc facerent. Non enim victus apparebat, ſed tradens ſe voluntati eorum.* Hæc ibi. Quibus docet Aug. Chriſtum permiſiſſe, quod Petrus gladio vteretur, & Seruum Pontificis percuteret vt oſtenderet, quod ſe vendicare poterat, ſed nollet; & vt inimici cognoſcant Petrum accepiſſe poteſtatem ab eo vt hoc faceret, nempe vt ſe defenderet, & paolo infra ait. *Illud autem quod ante iis euntibus in via Diſcipulis mandaſſe videtur. vt nihil tollerent in via pacis eſt cauſa, & gratia virtutum, & affabilitas Doctrinæ. Quid enim opus erat tollere aliquid in via, quibus ſignorum cauſa omnia offerenda erant? At vbi tempus quo ſe pati permiſſit, aduenit, propter quod rixa magis quam bellum imminebat, armatos iubet eſſe Diſcipulos, non vt repugnaret, qui pati volebat ſed vt dixi ſe præſcium huius rei, & in poteſtate habere paſſionem ſuā oſtenderet, humiliaret autem ſe humanæ ſalutis cauſa.* Hæc Aug. Qui aſſerit Chriſtum mandaſſe Diſcipulos eſſe armatos pro temporis diuerſitate, & opportunitate, vt paſſionem ſuam in poteſtate habere oſtenderet, poteſtate vtiq; rerum omnium, quam à Patre accepit, etſi cauſa ſalutis noſtræ mortem pati maluerit. Amplius tom. 6. lib. 22. contra Fauſtum Manicheum cap. 70. inquit. *Hinc erat etiam illud Petri, cum euaginato gladio, volens defendere Dominum, auriculam perſecutoris abſcidit, quod factum Dominus ſatis minaciter cohibuit dicens. Recondo gladium, qui enim gladio vſus fuerit gladio cadet. Ille autem vtitur gladio, qui nulla ſuperiori ac legitima poteſtate, vel iubente, vel concedente in*

Sangui

Sanguinem alicuius armatur. Nam vtiq; dominus, vt ferrum Diſcipuli eius ferrent, ſed non iuſſerat, vt ferrirent. Quid ergo incongruum ſi Petrus poſt hoc peccatum factus eſt Paſtor Eccleſiæ, ſicut Moyſes poſt percuſſum Egiptium, factus eſt rector illius ſinagogę? Vterq; enim non deteſtabili immanitate, ſed emedabili animoſitate iuſtitiæ regulam exceſſit, vterq; odio improbitatis alienę, ſed ille fraterno, iſte dominico, licet ad huc carnali, tamen amore peccauit. Reſecandū hoc vitium, vel eradiſandū ſed tamen tam magnum ut, tamquam terra frugibus ita ferendis uirtutibus excolendū. Hæc ibi. Ex his omnibus manifeſtum eſſe poteſt, quod dicebamus. Apparet enim Auguſtinū voluiſſe, quod apud Chriſtum poteſtas iubendi, & imparandi tamquam in ſuperiore, & in Principe fuiſſet, vt Apoſtoli arma deferrent. Erat igitur apud Chriſtum tamquam caput, auctoritas atq; poteſtas non ſolum gratia ſe defendendi, cum defenſio ſit de iure naturali, ſed etiam imperandi, vt ad ſuam, & Eccleſiæ defenſionem arma ferrent. Et re vera imperauit, vt arma portarent non vt ferirent, dicit Auguſt. Et quod hæc auctoritas, & Poteſtas arma Ferrendi, apud Petrum eſſet, nulli dubium eſſe debet, quia dicit Auguſt. Chriſtum mandaſſe diſcipulis, vt gladium emerent ad Chriſti ceterorumq; diſcipulorum defenſam.

Præterea dignum eſt obſeruatione, quod inquit Aug. 5. ꝙ Petrus poſtquam Seruum Pontificis percuſſit, factus fuit Paſtor Eccleſiæ, ſicut Moyſes poſt Egyptium percuſſum factus fuit rector Synagoge; at clarum eſt Moyſem in temporalibus quoquæ rectorem ac principem fuiſſe, igitur, & Petrus factus fuit etiam in temporalibus Paſtor, & rector, & ſic habetur propoſitum. Et in cap. 77. redarguens Manicheos, qui bella in noua lege moueri & geri non poſſe volebant. *Tunc*, ait, *dixerunt ei, cum de gladio emendo iuſſiſſet Ecce ſunt hic duo gladij, & ille reſpondit, ſufficit. Hinc & Petrus inuentus eſt armatus, cum aurem perſecutoris abſcidit. Vbi ſpontaneam eius coercet audaciā, quia non ut iuſſus fuerat ferrum tollere, ita iuſſus fuerat ferire, latebat certe Domini voluntas, cur arma portare præcepiſſet, quibus eis vti noluiſſet. Verum tamen ad illum cum ratione, ad iſtos autem ſine tractatione præcepta facere pertinebat.* Hæc ibi. Et ſermone 117. de tempore, & eſt ſermo 1. in fer. 2 poſt Dominica Palmarum, ait. *Signo dato ab his, qui cum fuſtibus venerunt, detinetur Iuſtus, iniicit manus turba, nectitur vinculis, detinetur iuſtitia, & trahitur ab [illegible]ſtitia. Percuſſit ergo Petrus aurem pueri Principis. Quare Petrus [illegible] quia ipſe accepit regni cœlorum claues, & ſoluendi ligādiq; ipſe adeptus eſt poteſtatem.* Hæc ille. Quæ

ſi recto

ſignificatur poteſtas Sacerdotalis, & ſcientiæ, ſed etiam regia. Solet etiam allegari locus ille Apoc. cap. 1. *Ego ſum primus, & nouiſſimus, & viuus; & fui mortuus, & ecce ſum viuus in ſecula ſeculorum, & habeo claues mortis, & inferni.* Hæc ille. Vbi Andreas Cæſareæ Cappadociæ Epiſc. expones ait, Quia mortis quoq; & inferni claues, hoc eſt abſolutam in animæ, & corporis mortem, poteſtatem habeo. Eodem pacto expoſuerunt Ansbertus; & Rupertus Abbas.

His ſic obſeruatis, oſtendamus Chriſtum per hæc verba. *Tibi dabo claues Regni Cœlorum.* Vtranq; dignitatem regiam ſcilicet, & Sacerdotalem Petro promiſiſſe & primo ſic ratione. Per colationem clauium Petro traddita eſt ſumma poteſtas in ſpiritualibus, vt omnes fatentur Catholici, ergo ei traddita eſt ſumma poteſtas in temporalibus, ſiue, quod eſt idem, Petro datæ ſunt claues regni Cœlorum, ergo terrarum, probatur conſequentia, quoniam in rebus ex omni parte ſubordinatis, ſēper inferiora, & ignobiliora ſaltem eminenter in ſuis ſuperioribus, & nobilioribus continentur, quæ quidem continentia eminentiæ nihil tollit de rebus contentis, ſed eandem rem importat, licet nobiliori quodam modo, quam in ſeipſis habeant ſicut dicimus, quod omnia ſunt in Deo eminenter, hoc eſt, nobiliori modo, quam ſint in ſeipſis, ſed temporalis poteſtas ſubordinatur ex omni parte ſpirituali, vt contra primam propoſitionem Authoris à nobis probatum fuit, ergo in illa continebitur ſaltem eminenter, ergo ſi Petro conceſſa eſt ſumma poteſtas in ſpiritualibus, erit conceſſa, & in temporalibus.

Præterea per regnum Cœlorum ſepe ac ſepius in ſacris litteris Eccleſia militans deſignatur, ſicut tradit D. Greg. homil. 12. in Euang. exponens illud Matt. cap. 25. *Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus*, dicens, *Sed ſciendum nobis eſt, quod ſepe in ſacro eloquio regnum Cœlorum præſentis temporis Eccleſia dicitur. De quo alio in loco dominus dicit. Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, neq; enim in illo regno beatitudinis, in quo pax ſumma eſt, inueniri ſcandala poterunt, quæ colligantur, & inde rurſum dicitur &c.* Hæc ille. Et hoc pacto hic accipitur regnum cœlorum, ſcilicet pro Eccleſia militante quando dicitur. *Tibi dabo claues regni Cœlorum.* Sic exponit Aug. lib. 1. de Doctrina Chriſtiana cap. 18. inquiens. *Has igitur claues dedit Eccleſiæ ſuæ.* Eodem modo expoſuit Beda in Apoc. cap. 11. ſuper verba illa. *Habet poteſtatem claudere cœlum* vbi ait, *Data eſt Eccleſiæ in Chriſto omnis poteſtas in Cœlo, & in terra, clauibus*

bus ei ligandi, atq; ſoluendi dimiſſis, ſed & ſpiritualiter Cœlum clauditur ne imbrem pluat, ne ſuper terram ſterilem de Eccleſia benedictio deſcendat. Hæc ille. Interpretans cœlum pro Eccleſia; ſed Eccleſia conſtat regno, & Sacerdotio, vt probatum fuit, ergo Petrus nomine clauium poteſtatem regiam, & Sacerdotalem accepit. Vnde Greg. Nyſſen. libro quinto de trinitate ad Euſtatium nomine regni in ſacris litteris, omnem dignitatem, & poteſtatem comprehendi aſſerabat, ait enim. *Omnem dignitatem regni nomine denotat.*

Amplius quandocunq; ſunt aliquæ duæ multitudines, quarum vna ſecundum ſe totam eſt alteri ſubiecta, quicunque principatur in ſuperiori, debet preeſſe illi, qui principatur in inferiori, quę quidem propoſitio p°. declaratur in naturalibus, quia ſi corpora incorruptibilia, vt ſuper celeſtia corruptibilibus ſecundum multitudinem principanť, ſicut Greg. in moral declarat, oportet vt illud corpus quod naturaliter præſidet in corporibus ſuperioribus præſideat naturaliter ei, quod pręſidet in inferioribus. Vnde Ariſt. lib. 1. Metheoro. Inferior [inquit] hic mundus ex neceſsitate ſuperioribus lationibus, nempe cæli eſt continuus, & omnis eius virtus inde gubernatur. 2°. declaratur in ciuilibus, quia ſi multitudo alicuius ciuitatis principaretur alicui multitudini alicuius villæ, vel ſuburbij, quicunq; principatur in Ciuitate illa, eo ipſo principari debet ptincipi illius ſuburbij, vt per ſe patere videtur. Quod poteſt confirmari, quoniam ideo quia Ciuitas Romana pręſidebat ceteris Ciuitatibus, ideo princeps Romani populi principibus aliarum præſidebat; Tum etiam quia eccleſia Romana eſt aliarum Eccleſiarum magiſtra, & mater, ideo princeps Romanæ Eccleſiæ conuincitur eſſe pater, & Magiſter Prælatorum aliarum Eccleſiarum. Stante hac maiori propoſitione ſic declarata, addo minorem, ſed tota multitudo temporalis ſubijcitur toti multitudini rerum ſpiritualium, vt Beatus Apoſt: 1. cor. 9. dicebat, *Si nos vobis ſpiritualia Seminamus, non eſt magnum ſi carnalia metamus.* Quaſi diceret, quod non eſt magna merces, ſi temporalia pro ſpiritualibus accipiantur, igitur Princeps ſpiritualium principari debet Principi temporalium, & ſic cũ Petrus acceperit ſupremam poteſtatem in ſpiritualibus, accepit etiam in temporalibus. Hinc ſecundum Beatum Dyoniſ. in lib. de Angelica Hierarchia, quia totus ordo Archangelorum principatur toti ordini Angelorũ, ideo Hierarcha in ordine Archangelorum principatur Hierarchæ An-

gelorum ſed veniamus ad Patres.

Primaſius in coment. in Apoc. in ea verba dignus eſt Agnus qui occiſus eſt accipere poteſtatē, inquit. *Licet iſta iure capiti noſtro competant Chriſto, poſſunt tamen & de eius Eccleſia non inconuenienter intelligi, ita dumtaxat, vt quædam Soli competant capiti, quædam etiam corpori, dignus eſt agnus, qui occiſus eſt accipere diuitias, & ipſe enim eſt theſaurus bonorum omnium; & ſapientia Dei, ipſam namq; fecit dominari cunctis gentibus dicens. Mihi alienigenæ ſubditi ſunt, Et omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, & Tibi dabo claues regni Cælorum. Et tranſit in caput, dicens. Et omnem Creaturam quæ in Cælo, & in terra, & ſubtus terra, & in mari, & quæcunq; ſunt in eis. Nec hoc dubium ſit accepiſſe Eccleſiam ac petere, cum qua reſſurexit, ſi durum eſt habere membra quod habet caput, nec illud iniuſtum poteſt videri, quod dicit, Eccleſiam dignam ſe omni creatura. quia & ſi vnum quodq; membrum religioſa dignitate, his ſe indignum iudicat, totum tamen corpus participes eſſe dicamus capitis ſui, de quo legimus, Omnia nobis cum illo donauit.* Hæc ille. Petrus ergo cum Vicarius Chriſti, & caput ſit totius Eccleſiæ, poteſtatem habebit circa omnem Creaturam, & omnia temporalia, quæ ad vſum humanum faciunt. Et lib. 3. cap. 12. in ea verba. *Audiui vocem*, dicit, *Euidenter oſtenditur in quo nos Cælo intelligere iſta conueniat; in Eccleſia nōnq; factam nouimus victoria Chriſti ſalutem, per quam cognitam accepit etiam poteſtatem ligandi ſoluta, & ſoluendi ligata, cum in vno Petro generali ſignificatione omnes audiuit. Quæ ligaueris ſupee terram ligata erunt, & in Cælis, & quæ ſolueris ſoluta. De hac dominus dicit. Data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terra, non quam ſemper ipſe habuit, ſed quam in Eccleſia ex tempore, quo ipſe voluit tanquam caput in membris habere cæpit.* Hæc ille. Ecce quomodo inquit Primaſ. quod Eccleſia accepit poteſtatem illam per authoritatem ligandi, & ſoluendi ſuper terram, quæ ſignificata fuit per illa verba. Data eſt mihi omnis poteſtas in Cœlo, & in terra, ſed per ea verba ſignificata fuit poteſtas regia, & Sacerdotalis, vt ſupra dictum fuit, ergo per poteſtatem ligandi, & ſoluendi Eccleſia vtranquæ poteſtatem accepit regiam ſcilicet, & Sacerdotalem.

Ansbertus in cap. 1. in Apoc. citatis verbis iſtis, quibus à Chriſto promittur principatus apoſtolicus, inquit. *Hanc poteſtatem ipſum*

mem-

membrorum caput in membris accepit in tempore, cuius poteſtas cum Patre manet ſine tempore, ait enim. Data eſt mihi omnis poteſtas in Cælo, & in terra. Hæc ille, terreſtrium & cœleſtium poteſtatem ſignificans, ſic etiam communiter expoſuerunt Græci, & Latini patres, Ephrem, Arethas, Ennodius, Maximus Taurinenſis, Pacianus, Haymo, Cyrillus Hieroſolimitanus, Gryſoſt. Nyſſenus, & alij.

Hanc veritatem ex Summis Pontificibus demonſtremus Gregor. 1. cognomento Magnus lib. 3. regiſtri Epiſtola 41. quæ eſt ad Magnificum Aphricæ; aiebat. *Hortor, vt dum vitæ ſpacium ſuper eſt ab eiuſdem beati Petri Eccleſia, cui claues cæleſtis regni commiſſæ ſunt, & ligandi, ac ſoluendi poteſtas attributa, veſtra anima non inueniatur diuiſa, ne ſi hic beneficium eius deſpicitur, illi vitæ aditum claudat. Hi autem qui dubitationis veſtræ participes, ſunt ſi ad me venire voluerint nullam ex me quaſi ex poteſtate prodeuntem violentiam, pertimeſcant; Nam nos licet in omnibus cauſis, in iis tamen præcipue, quæ Dei ſunt ratione magis ſtringere homine, quam poteſtate feſtinamus.* Hæc Greg. Hæc verba ſi recte expendantur vnuſquiſque cognoſcet Gregorium fateri ſe poteſtatem habere circa temporalia abſolute. Nam ad quid verba illa, in ijs tamen præcipue quæ Dei ſunt, niſi eſſet aliqua diſtinctio ab alijs cauſis? Fruſtra. n. ponerentur verba, niſi etiam in temporalibus poteſtatem haberet. Quomodo in omnibus cauſis; in his tamẽ præcipue, quæ Dei ſunt, ſi tantũ poteſtatem habet ſpiritualem? vtranque igitur habet temporalem, & ſpiritualem.

Sanctus Leo nonus in Epiſtola illa aduerſus inauditas præſumptiones Michaelis Conſtãtinopolitani & Leonis Archidani Epiſcoporum cum Petrum eſſe caput Eccleſiæ pluribus ex ſacris ſcripturis demonſtraſſet, in cap. 38. ſic concludit. *Has itaque duas, & valde contrarias ſapientias vigili mente diſcernite; & ſi Petrus ſingulariter figura ſummi capitis noſtri, Vicariuſque eius, ac ſui ſucceſſores iam in terris retinent ſpecialem dignitatem, terreni cæleſtiſque regni; nolite inuidere, vel detrahere Romanæ Eccleſiæ apici, quem per charitatem ſolam valetis adipiſci; & in vobis regnate, & ipſi, ſin alias audietis; quod ſupra: Iam ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis, ſine nobis regnatis, atque vtinam regnetis, vt & nos vobiſcum regnemus & ſubdit cap. 39. Ecce nos veſtram gloriam ducimus noſtram, cur uos annullare nitimini nobis diuinitus, & humanitus concoſſam.* Hæc ibi aperte inquiens, Summum Pontificem habere dignitatem

à rebus cæleſtibus, & ſpiritualibus, & regiam denotare dignitatẽ Cum omnes audito hoc nomine terræ, terreſtria eſſe à cæleſtibus diſtincta concipiant. Petrum quoque & ſucceſſores eſſe caput totius Eccleſiæ declaratum fuit in Magno Concilio Niceno Canone. 2.3.4 & 6. & 39. Concilium Romanum ſub Syluestro Papa can. 20. Concilium Sardicenſe can. 4. Concilium Conſtantinopolitanum primũ ſub Theodoſio Seniore can. 5. Concilium Calcedonenſe ſub Leone primo & Martiano Auguſto act. 3. Quartum, & Quintum Concilium Romanum ſub Symmacho Papa. Concilium Carthaginenſe. Cõcilium Mileuitanum. Cõcilium Pariſienſe, Cõcilium Aquiſgrauenſe, & plura alia Cõcilia hæc decreuerũt. Quapropter Cõcilium Florẽtinum ſub Eugenio 4. Papa in litteris vnionis ſic deffiniuit. *Item deffinimus Sanctam Apoſtolicam ſedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum, & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum Patrem, & Doctorem exiſtere. Et ipſi in Beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi vniuerſaliter Eccleſiam à Domino Noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in geſtis Oecumenicorum Conciliorum, & in ſacris Canonibus continetur.* Hæc ibi. At Eccleſia, vt probatum fuit, conſtat abſolute regno, & Sacerdotio, igitur Petrus & ſucceſſores in ipſo à Chriſto acceperunt poteſtatem Sacerdotalem, & Regiam.

Ex Theologis datam in omnibus rebus temporalibus poteſtatem allatis verbis affirmat, D. Thom. qui in opuſculo 20. lib. 3. cap. 10. inquit. *Recipit igitur diuiſionem dominium quadrimembrem ex eadem cauſa, & ratione; quia quoddam eſt Sacerdotale, & regale ſimul, aliud autẽ eſt regale ſolum, ſub quo imperiale ſumitur. Tertium verò politicum, quartum autem Economicum. Primum autem cæteris antefertur multiplici via, ſed præcipua ſumitur ex inſtitutione diuina, videlicet Chriſti. Cum enim eidem ſecundum ſuam humanitatem omnis ſit collata poteſtas, vt patet in Matt. cap. 16. dictam poteſtatem ſuo communicauit Vicario cum dixit. Ego dico tibi quia Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in Cælis, & quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis. Vbi quattuor ponuntur clauſulæ, omnes ſignificatiuæ dominij Petri ſuorumque ſucceſſorum ſuper omnes fideles, & propter quas merito Summus Pontifex Romanus Chriſtus dici poteſt, Rex, & Sacerdos.* Et infra declarans clauſulas

itaque Chriſtus ſupremus omnium Princeps vi etiã coactiua & ſine vlla limitatione trib⁹ vicib⁹ abſolute Petro dixerit, *Paſce oues meas*, ſiue loco mei tibi regimen trado, ſequitur quod nõ ſolum in ſpiritualibus ſed etiam in temporalibus vi coactiua, curam, & poteſtatem ſupremam tribuerit.

Quod autem verbum illud, Paſce, ſit idẽ quod regere, & gubernare, & præſidere docẽt Sãcti Patres & primo Euſebius Emiſenus, ſuper Ioan. cap. vlt. dicens. *Prius agnos, deinde oues commiſit ei, quia non ſolum Paſtorem, ſed Paſtorum Paſtorem eum conſtituit. Paſcit igitur Petrus agnos, paſcit & oues, paſcit filios, paſcit & Matres, regit & ſubditos, & Prælatos. Omnium igitur Paſtor eſt, quia præter agnos, & oues in Eccleſia nihil eſt.* Hæc ille. Ecce quomodo aperte, inquit, Petrum regere ſubditos, & Prælatos, Gryſoſt. etiam ſuper illis verbis, inquit. *Eximius enim Apoſtolorum erat Petrus, & os diſcipulorum, & uertex collegij. Vnde, & negatione deleta, commiſſit ei prælationem fratrum.* Et infra, *ait Loco mei præpoſitus eſto, & caput Fratrum tuorum.* Hæc ille. D. Auguſt. inquit. *Petro primatum tribuit Ieſus, perſonamque gerebat Eccleſiæ. Velut Epiſcopus in Synodo generali perſonam ſuæ repreſentat Eccleſiæ, aut Princeps ſui regni.* Hæc ille, ſubſcribit D. Ambroſius Sermo. quodam de pœnitentia Petri. *Cum*, inquit, *tertio interrogaretur à Domino Simon amas me? reſpõdit tertio. Domine tu ſcis, quia amo te, Ait Domin⁹ Paſce oues meas, & hoc tertio, quod quidem dictum ad compenſationem prioris profecit erroris, qui.n. Dominum tertio negauerat, tertio confitetur, & quoties culpam delinquendo contraxerat, totiens gratiam diligendo cõquirit Videte igitur quãtum fletus profuerit Petro; antequam fleret lapſus eſt, poſtquam fleuit electus eſt, & qui ante lacrimas prauaricator extitit, poſt lacrimas Paſtor aſſumptus eſt, & alios regendos accepit, qui prius ſi ipſe non rexit.* Hæc ille. Hoc idem docet Beda eadem verba declarans. *Sed & hoc Paſtori eſt: fixo corde tenendum, Vt eos, quibus præeſt, non quaſi ſuos proprios, ſed Domini ſui gregẽ tractare meminerit, iuxta illud, quod Petro dicitur. Si diligis me, paſce oues meas, meas, inquit, non tuas, meas tibi oues commendatas ſcito; & has quaſi meas regere; ſi me perfecte amas, recole.* Hæc Beda. Ex quibus omnibus apertum eſt, quod verba illa paſcere, & regere, idem ſignificant, & vnũ pro alio accipitur, adeò vt ſenſus ſit, paſce oues meas, i. rege, & guberna oues meas: ſed regere ſignificat ſupremum Dominium & poteſtatem nedum in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus, & vi coactiua, igitur quando Chriſtus commiſit Petro, oues ſuas paſcendas, commiſit ei illas regendas, & gubernandas

ſupremum regimen tradens ei in ſpiritualibus & temporalibus. Quod autem verbum illud regere & ſupremum dominium, & vim coactiuam importet; manifeſtum eſt apud ſacras litteras, Sanctos Patres, Summos Pontifices, & Sacra Concilia. In ſacris litteris Pſalm 2 ſcriptum eſt. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea &c.* Quo in loco vt dictum fuit in ſuperioribus de mente Patrum ſupremum Chriſti dominium, & vis coactiua procul dubio ſignificatur. In Pſalmo ſeptuageſimo nono. *Qui regis Iſrael intende; qui deducis velut ouem Ioſeph.* Quo in loco abſque dubitatione ſupremum in omnibus Dei Dominium ſignificatur. In Pſalmo ſeptuageſimo ſeptimo vbi de rege Dauid ſermo habetur legimus. *Et elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ouium; de poſt fetantes accepit eum. Paſcere Iacob ſeruum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam.* Certum eſt autem, quod Dauid cum eſſet Rex, regimen, & poteſtatem etiam coactiuam accepit, vt patet lib. 2. Reg. cap. 5. & lib. 1. Paralypom. cap. 2. habetur *Tu paſces populum meum.* Pro Dominio, & poteſtate coactiua accepit verbum illud regere Ioan. in Apoc. cap. 2. dum ait *Peperit filium Maſculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea.* Idem in cap. 12. & multis alijs in locis, & præcipue apud Ezechielem Prophetam, cap. 34. quando minabatur Paſtoribus, ibi. n. ſicut ſupradictum eſt; per Paſtores tam temporales, quam ſpirituales rectores intelligebantur, ſicut Hieron. & Theodoret. exponunt.

Nec ſolum apud ſacras litteras, ſed etiam apud Ethnicos ſcriptores in eadem ſignificatione reperitur verbũ illud, paſcere, pro regere, & gubernare ſicuti lib. 2. commentariorum in Geneſis, ſermonem habens de Abelle ouium Paſtore adnotauit Cyrillus Alexand. inquiens. *Perinde. n. atque homines regeret rem ipſam ſumme cum ſapientia exercebat, ob quam etiam cauſam Præſules quoque gentium, ciuitatum, populorumque, tam ſcriptura ſacra quam gentiles ipſi, Paſtores ſoliti ſunt appellare.* Hæc ille. Verbum paſcere igitur regere ſignificat. Accedunt & plures Patres, qui ita verbum paſcere exponunt, & interpretantur. vt paſcendas oues etiam in temporalibus Chriſtum Petro commiſiſſe affirmare non dubitent. D. Greg. in lib. Paſtor. parte 2. cap. 7. docet in Eccleſia eſſe vtramque poteſtatem Sacerdotalem & temporalem, licet Prælatis & Paſtores inſtar Moyſis magis ſpiritualibus quam temporalibus curare debeant. Pro loco tamen & tempore externa, & temporalia à Paſtoribus eſſe prouidẽda iuxta

illud

illud Beati Petri in 2. can. cap. 8. Paſcite, qui in vobis eſt, gregem, vnde ab initio, inquit. *Sit rector internorum (ſcilicet Prælatus) curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum prouidentiam in internorum occupatione non relinquens. Ne aut exterioribus deditus ab internis corruat, aut ſolis interioribus occupatus, quæ foris debet proximis, non impendat,* & *poſt multa. Sic itaque Paſtores erga interiora ſtudia ſubditorum ſuorum ſe foueant; quatenus in eis exterioris quoque vitæ prouidentiam non relinquant. Nam quaſi iure, vt diximus à percipienda prædicatione gregis animus frangitur, ſi cura exterioris ſubſidij à Paſtore negligatur: vnde,* & *primus Paſtor ſollicite admonet dicens. Paſcite, qui in vobis eſt gregem.* Hæc ibi. Et in Epiſtola ad Secundum, & refert. diſt. 86. cap. Fratrem ait. *Dic igitur illi, vt cum loco,* & *mentem mutet. Nec ſibi credat ſolam lectionem,* & *orationem ſufficere, vt remotus ſtudeat ſedere,* & *de manu minime fructificare, ſed largam manum habeat, neceſſitatem patientibus concurrat; alienam inopiam ſuam credat, quia ſi hoc non habet ſolum Epiſcopi nomen tenet.* Hæc ille. Alcuinus, vt refert in cathena aurea D. Thom. inquit. *Hæc verba interpretans. Paſcere autem oues eſt credentes in Chriſto, ne à fide deficiant, confortare, terrena ſubſidia, ſi neceſſe ſit, ſubditis prouidere,* & *exempla virtutum, cum verbo prædicationis impendere. Aduerſarijs obſiſtere, ſubditos corrigere.* Hæc ille. In eodem ſenſu eadem verba expoſuit Beatus Laurentius; Iuſtinianus Almæ congregationis Sancti Giorgij in Alga, & Venetiarum Patriarcha, in lib. de inſtitutione, & regimine Prælat: dicens. *Paſtor vt ſui mercedem non amittat laboris, Deum ex toto corde diligat; atque pro ipſius amore omnibus ſibi creditis ſolicite miniſtrare non deſerat, paſcat illas verbo, paſcat exemplo; paſcat terrena ſubſtantia: ſic Dominus Ieſus Petro mandauit dicens; Petre amas me? Paſce oues meas.* Hæc ille Beatus Patriarcha. Ad hunc ſenſum expoſuit Ambroſius in fine comment. in Lucam, Iſidorus in Epiſtola ad Ioannem Papam. Inno. 3. in primo ſermone Dom. 2. Poſt paſcha D. Thomas, Anton. & alij. Ad hunc eundem ſenſum expoſuit Concilium Aquiſgranenſe ſub Stephano Quinto Papa, & Ludouico Pio Imperatore cap. 123. aſſerens poſt verba allegata. *Sed,* & *hoc vigilanter perpendere debent, quod eadem portio gregis Domini non ſit vniformi; ſed multimoda eſt ſolicitudine gerenda, ſi quia,* & *terrena ſubſidia diligenter illis præbere,* & *exempla virtutis ſimul, cum verbo prædicationis debent ſolicite impendere. Quapropter ſtudeat vnuſquiſque Prælatus, vt ſanguine Chriſti, annonam ſpiritualem, carnalemque fideliter ſubminiſtret.* Hæc illi, ſic etiam, & multa alia Concilia interpretata ſunt. Conſtat igitur ex dictis,

quod hoc verbum, paſco, regere ſignificat. Regere autem vim, & poteſtatem coactiuam etiam circa temporalia importat.

Nunc demonſtrandum eſt ex Sanctis Patribus, quod Chriſtus quando dixit Petro. *Simon Ioan. diligis me? Paſce agnos meos, Paſce oues meas.* Supremum regimen, & circa temporalia, nedum ſpiritualia ei commiſit. Ex Græcis igitur Origenes in cap. 6. Epiſtolæ ad Roman. ad hęc verba alludens, inquit. *Primum mandatum in Euangelijs ſuper vetera omnia, de charitate mandatur, & Petro cum ſumma rerum de paſcendis ouibus tradereť & ſuper ipſum uelut ſuper terram fundaretur Eccleſia, nullius confeſſio uirtutis alterius abeo, niſi charitatis exigitur.* Hęc Origenes. Quæ quidem verba cum ſine limitatione ab Origene dicantur ſine limitatione accipi debent, & ſic ſummam rerum curam de ouibus paſcendis, & circa temporalia & ſpiritualia veniunt intelligenda.

Gryſoſt. humil, 87. in Ioannem cum explicaſſet ea verba. *Paſce oues meas*, dicit. *Nam cum magnus Chriſtus Petro communicaſſet, orbis terrarum curam demandaſſet, martyrium prædixiſſet, & maiorem erga eum dilectionem teſtatus eſſet; cum uellet Petrus Ioannem ſocium, & collegam*, inquit, *Hic autem quid, &c.* Hæc ibi. Quo in loco Gryſoſt. per ſupremã orbis terrarum curam quandam generalem poteſtatem ſuper omnia manifeſtat. Quare alibi, vt teſtatur D. Thomas in cathena aurea aiebat. *Ne credant te Fratres gratiam, & clauium auctoritatem amiſiſſe, quia amas me, coram ipſis id tibi iam confirmo, quod meum eſt plenum.* Hæc ille. Cum igitur Chriſtus ſecundum naturam humanam ſupremum rerum temporalium dominium habuerit, Si Petro quod ſuũ erat tribuit, igitur & poteſtatẽ rerũ temporalium. Vna cũ Gryſoſt. exponunt Theophilactus, & Euthimius & alij Græci.

Arnobius ex Latinis in comment in Pſalm. 138. dicebat. *Nullus Apoſtolorum nomen Paſtoris accepit; ſolus enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus dicebat. Ego ſum Paſtor bonus, me*, inquit, *ſequantur oues meæ hoc igitur nomen ſanctum & ipſius nominis poteſtatem poſt Reſurrectionem ſuam Petro pęnitenti conceſſit, & negatus negatori ſuo hanc, quam ſolus habuit, poteſtatem.* Hæc Arnobius Alludens ad allegata verba, volens quod ſolum Petro Chriſtus dederit nomen paſtoris, & poteſtatem quam habuit, quia cæteri Apoſtoli vocati ſunt in partem ſolicitudinis. Chriſtus autem fuit Paſtor tã in temporalibus, quam in ſpiritualibus igitur conceſſit & Petro.

Damaſus Papa in Epiſtola ad Proſperum Numidię & cæteros

N Epiſcopos

Epiſcopos ait. *Tantuſque vos Beati Petri Apoſtolorum principis amor incendit, vt in Ouili ipſius, cui omnes creaturæ ſunt traditæ, omnes taliter errantes, & illicita atque probibita præſumentes ſanctis veſtris ſtudijs eum redintegrare cum deſiderio feſtinetis.* Hæc Damaſus, ad hunc Ioan. locum alludens omnes creaturas traditas eſſe Petro affirmat. Greg. Magnus lib. 4. regiſt. Epiſt. 95. quæ eſt ad Gualfacium magiſtrum militum eadem fere verba habet.

Ioan. 8. Papa Epiſtola 192. ad Michaelem Bulgarorum Regem. *Non modica*, inquit, *Triſtitia nos, ò filij chariſſime repleuiſti, quia Sedem Beati Petri cœleſtis regni clauigeris reliquiſti.* Et paulo infra. *Reuertere iam filij amantiſſime ad ſanctam Matrem tuam Romanam Eccleſiam, quæ te religioſo Vtero genuit, & per quam totius religionis, & iuſtitiæ formam Sãcto prædeceſſore noſtro Nicolao Præſule mittente ſuſcepiſti, & quæ omnium gentium retinet principatum, & ad quam totius mundi, quaſi ad vnam matrem, & vnum caput conueniunt nationes.* Hæc ille. Ad eundem ſenſum exponunt eadem verba alij Patres, Pontifices, & Cõcilia, quæ breuitatis cauſa omittere decreui. Conſtat igitur ex his quod Chriſtus regimen totius Eccleſiæ Petro commiſit, quod regno & Sacerdotio conſtat. Hinc iure optimo Eccleſia in die Feſto Sancti Petri canit. *Tu es Paſtor ouium, Princeps Apoſtolorum tibi tradidit Deus omnia regna mundi.* At regna mũdi ſunt temporalia ergo &c. Et hæc Eccleſiæ traditio, ſi nulla eſſet auctoritas ſacrarum ſcripturarum, nec Sanctorum Patrum, ſufficere deberet iuxta communem Doctrinam omnium Catholicorum.

Tertius locus, & apertiſsimus quidem eſt, apud Lucam capitulo vigeſimo ſecundo quo temporalis Eccleſiæ poteſtas, & iuriſdictio probatur, quando Chriſtus dicit Apoſtolis. *Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nihil Dixit ergo eis. Sed nunc, & qui habet ſacculum tollat, ſimiliter & peram; & qui non habet gladium, vendat tunicam ſuam, & emat gladium, Dico n. vobis quod adhuc, hoc quod ſcriptum eſt, oportet impleri. Et cum iniquis deputatus eſt; etenim, ea quæ ſunt de me finem habent. At illi dixerunt: Domine. Ecce duo gladij hic, at ille dixit ſatis eſt.* Hæc Lucas. Quibus verbis nempe duobus gladijs non tantum ſpiritualis poteſtas, ſed etiã temporalis, qua Eccleſia deffendi poſsit ſignificatur eſſe in Eccleſia. Hac enim ſententia iuſsit Chriſtus gladium parari, accipi peram, non tamẽ iuſsit Apoſtolos cedere, & occidere, & ideo Petrus feriens Malchum, à Chriſto fuit reprehenſus. Et hoc fecit Chri-

ſtus, vt

ſtus, vt oſtenderet, quod & ſi ipſe ſuiq; poteſtatē habeant ſe armis defendendi, tamen noluit, quia ſponte pati volebat. Cum igitur Eccleſia per Apoſtolos ſit repræſentata, ſi à nobis monſtratum fuerit quod Chriſtus Apoſtolis ſuis iuſſerit arma ferre ad ſui defenſionem, probatum erit quod iure diuino ſit in Eccleſia, non ſolum poteſtas defendendi ſe armis ſpiritualibus, ſed etiam temporalibus. Oſtendamus igitur hæc ſecundum expoſitiones Sanctorum Patrum.

Primus in ordine prodeat D. Auguſtinus, qui hom. 4. in lib. q. ex vtroq; teſtamento mixt. q. 104. hæc verba ponderans ait. *Nunc illud oſtendere ſuper eſt; quare contuens factum Apoſtoli Petri, cum, qui gladio vſus fuerit, gladio dixit perire, cum non iniuſte percuſſiſſe videatur. Nam ſicut ſignificatur in Luca ipſo domino permittente percuſſit & ſit prohibitus hæc audierit. Ideo etenim permiſſum eſt, & vt vindicare ſe poſſe videretur; ſed nolle, & vt virtus oſtenderetur in eo manere, in quo fuerat, vt in vtroq; vindicare ſe poſſe non ambigeretur, inimici vero pro certo haberent, datam ſibi ab eo poteſtatem vt hoc facerent. Non enim victus apparebat, ſed tradens ſe voluntati eorum.* Hæc ibi. Quibus docet Aug. Chriſtum permiſiſſe, quod Petrus gladio vteretur, & Seruum Pontificis percuteret vt oſtenderet, quod ſe vendicare poterat, ſed nollet; & vt inimici cognoſcant Petrum accepiſſe poteſtatem ab eo vt hoc faceret, nempe vt ſe defenderet, & paolo infra ait. *Illud autem quod antea euntibus in via Diſcipulis mandaſſe videtur, vt nihil tollerent in via pacis eſt cauſa, & gratia virtutum, & affabilitas Doctrinæ. Quid enim opus erat tollere aliquid in via, quibus ſignotum cauſa omnia offerenda erant? At vbi tempus quo ſe pati permiſſit, aduenit, propter quod rixa magis quam bellum imminebat, armatos iubet eſſe Diſcipulos, non vt repugnaret, qui pati volebat ſed vt dixi ſe præſcium huius rei, & in poteſtate habere paſſionem ſuā oſtenderet, humiliaret autem ſe humanæ ſalutis cauſa.* Hæc Aug. Qui aſſerit Chriſtum mandaſſe Diſcipulos eſſe armatos pro temporis diuerſitate, & opportunitate, vt paſſionem ſuam in poteſtate habere oſtenderet, poteſtate vtiq; rerum omnium, quam à Patre accepit, etſi cauſa ſalutis noſtræ mortem pati maluerit. Amplius tom. 6. lib. 22. contra Fauſtum Manicheum cap. 70. inquit. *Hinc erat etiam illud Petri, cum euaginato gladio, volens defendere Dominum, auriculam perſecutoris abſcidit; quod factum Dominus ſatis minaciter cohibuit dicens. Recondé gladium, qui enim gladio vſus fuerit, gladio cadet. Ille autem vtitur gladio, qui nulla ſuperiori ac legitima poteſtate, vel iubente, vel concedente in*

Sangui

Sanguinem alicuius armatur. Nam vtiq; dominus, vt ferrum Diſcipuli eius ferrent, ſed non iuſſerat, vt ferirent. Quid ergo incongruum ſi Petrus poſt hoc peccatum factus eſt Paſtor Eccleſiæ, ſicut Moyſes poſt percuſſum Egiptium, factus eſt rector illius ſinagogę? Vterq; enim non deteſtabili immanitate, ſed emendabili animoſitate iuſtitiæ regulam exceſſit, vterq; odio improbitatis alienę, ſed ille fraterno, iſte dominico, licet ad huc carnali, tamen amore peccauit. Reſecandū hoc vitium, vel eradicandū ſed tamen tam magnum ut tamquam terra frugibus ita ferendis uirtutibus excolendū. Hæc ibi. Ex his omnibus manifeſtum eſſe poteſt, quod dicebamus. Apparet enim Auguſtinū voluiſſe, quod apud Chriſtum poteſtas iubendi, & imparandi tamquam in ſuperiore, & in Principe fuiſſet, vt Apoſtoli arma deferrent. Erat igitur apud Chriſtum tamquam caput, auctoritas atq; poteſtas non ſolum gratia ſe defendendi, cum defenſio ſit de iure naturali, ſed etiam imperandi, vt ad ſuam, & Eccleſiæ defenſionem arma ferrent. Et re vera imperauit, vt arma portarent non vt ferirent, dicit Auguſt. Et quod hæc auctoritas, & Poteſtas arma Ferrendi, apud Petrum eſſet, nulli dubium eſſe debet, quia dicit Auguſt. Chriſtum mandaſſe diſcipulis, vt gladium emerent ad Chriſti ceterorumq; diſcipulorum defenſam.

Præterea dignum eſt obſeruatione, quod inquit Aug. 5. q. Petrus poſtquam Seruum Pontificis percuſſit, factus fuit Paſtor Eccleſiæ, ſicut Moyſes poſt Egyptium percuſſum factus fuit rector Synagogę; at clarum eſt Moyſem in temporalibus quoque rectorem ac principem fuiſſe, igitur, & Petrus factus fuit etiam in temporalibus Paſtor, & rector, & ſic habetur propoſitum. Et in cap. 77. redarguens Manicheos, qui bella in noua lege moueri & geri non poſſe volebant. *Tunc*, ait, *dixerunt ei, cum de gladio emendo iuſſiſſet Ecce ſunt hic duo gladij, & ille reſpondit, ſufficit. Hinc & Petrus inuentus eſt armatus, cum aurem perſecutoris abſcidit. Vbi ſpontaneam eius coercet audaciā, quia non ut iuſſus fuerat ferrum tollere, ita iuſſus fuerat ferire, latebat certe Domini voluntas, cur arma portare præcepiſſet, quibus eis vti noluiſſet. Verum tamen ad illum cum ratione, ad iſtos autem ſine tractatione præcepta facere pertinebat.* Hæc ibi. Et ſermone 117. de tempore, & eſt ſermo 1. in fer. 2 poſt Dominica Palmarum, ait. *Signo dato ab his, qui cum fuſtibus venerunt, detinetur iniicit manus turba, nectuntur vincula, detinetur iuſtitia, & trahitur ab iniuſtitia. Percuſſit ergo Petrus aurem pueri Principis. Quare Petrus? quia ipſe accepit regni cælorum claues, & ſoluendi, ligandiq; ipſe adeptus eſt poteſtatem.* Hæc ille. Quę

ſi recto

ſi recto iudicio conſiderentur, & ad alia verba ipſius Auguſt. allata comparentur, manifeſte apparebit Auguſt. voluiſſe, quod Petrus poteſtatem arma ferendi diuinitus acceperit, dum inquit, quod ideo percuſsit, quia poteſtatem ligandi, ſoluendique adeptus eſt. Ex quibus omnibus de mente D. Auguſt. habemus Eccleſiæ datam eſſe vtramq; poteſtatem, & regiam, & Sacerdotalem, ſub nomine duorum gladiorum.

Inter ceteros D. Bernard. quem ſequuntur Theologi, vt infra videbimus lib. 4. de conſideratione ad Eugenium Papam hunc locum explicat aperte de poteſtate ſpirituali, & temporali, ait namque. *Quid tu vſurpare gladium tentas, quem ſemel iuſſus es ponere in vaginam? Quem, qui tuũ negat non ſatis mihi videtur attendere verbum domini dicentis ſic, Conuerte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo, & ipſe, tuo forſitan nutu, etſi non tua manu euaginandus. Alioquin ſi nullo modo ad te pertineret, & is; dicentibus Apoſtolis; Ecce gladij duo hic, non reſpondiſſet Dominus Satis eſt, ſed nimis eſt. Vterq; igitur Eccleſiæ, & ſpiritualis ſilicet gladius, & materialis, ſed is quidem pro Eccleſia, ille vero, & ab Eccleſia exercendus eſt. Ille Sacerdotis, is militis manu, ſed ſane ad nutum Sacerdotis, & iuſſum Imperatoris.* Hæc D. Bernard. Hanc Bernardi expoſitionem imitatus eſt D. Bonauent. in comment. ſuper Lucam dicens. *Per duos gladios, intelligitur duplex armatura, ſilicet, ſpiritualis, & materialis. Unde Bernardus ad Eugenium. Si nullo modo ad te pertinet &c.* Et lib. 4. Sent. diſt. 37. in expoſitione littere dubio 4. exponens verba illa. Magiſtri, Sed Sancta Dei Eccleſia, inquit. *Videtur falſum dicere, quia Bernardus dicit ad Eugenium, ꝙ habet utrumq; gladium, & uterq; gladius, tam ſpiritualis quam materialis eſt Eccleſiæ, & hoc probat per illud Lucæ 22. ſunt gladij duo, & dominus, ſatis eſt. Reſpondeo dicendum quod uterq;, ut dicit Bernardus, ſed differenter, eſt Eccleſiæ, quia ſpiritualis extrahendus eſt manu Eccleſiæ, ſed materialis non manu; ſed tantum nutu, & per hoc ſoluitur illud.* Hæc D. Bonauent. Explicans ad eundem ſenſum etiam Magiſtrum Sent.

Eandem expoſitionem Bernardi imitatur etiam Ricardus lib. 4. Sent. diſt. 37. in expoſitione eorundem verborum Magiſtri inquiens. *Contra Lucæ 22. dicitur. Ecce gladi duo hic. At ille dixit eis. Satis eſt. Item Bernardus 4. lib. de conſiderat. ad Eugenium cap. 6. Eccleſiæ eſt gladius ſpiritualis, & materialis. Reſpondeo quod utrunq; gladium habet Eccleſia, ſed ſicut dicit Bernardus ubi prius, materialis eſt exercendus pro Eccleſia militis manu ad nutum ſacerdotis, & iuſſu Imperatoris. Spiritualis*

uero

vero eſt ab Eccleſia exercendus. Magiſter autem non loquitur niſi de gladio ab Eccleſia exercendo. Hæc Ricardus & ipſe exponens Magiſtrum.

Sanctus Anſelmus in comment. in cap. 27. Math. *Nota,* inquit, *duos eſſe gladios in Eccleſia alter materialis, alter ſpiritualis, ſed ſpiritualis nõ niſi volentes, materialis cogit etiam nolentes, plures.n.gladio, quã ſtola coguntur in Eccleſia ſicut & miniſtri ſæculares à quibus temporalia, & ſpirituales à quibus debent tractari ſpiritualia.* Hæc Anſelm. vtrumque gladium eſſe in Eccleſia affirmãs. In eandem ſententiã cum Aug. & alij videtur iuiſſe D: Hieron. Beda. Antonin. & alij. Idem etiam docuit PetrusDamianus, Hildebertus Cenomanẽſis Epiſt.40. Vgo de Sãct. Victore lib. Miſcellan.1. & tit.49. & lib.4. vſcel.2.tit.16: & plures alij: Quare Bonifacius 8. Papa in Extrauagant. Vnam ſanctam de maior. & obe. dicebat. *In hac eiuſque poteſtate duos eſſe gladios ſpiritualem videlicet, & temporalem Euangelicis dictis inſtruuntur nam dicentibus Apoſtolis. Ecce gladij duo hic in Eccleſia.ſ. cũ Apoſtoli loquerentur non reſpondit Dominus nimis eſſe, ſed ſatis. Certe, qui in Poteſtate Petri temporalẽ gladium eſſe negat, male verbum attendit Domini proferentis. Conuerte gladium tuum in uaginam. Vterque igitur in poteſtate Eccleſiæ ſpiritualis. ſ. gladius & materialis.* Hæc ille. Quæ extrauagans à Concilio Lateranenſe vltimo ſub Leone x. ſeſſ. 9. in Bulla refor. curiæ fuit confirmata, cui ad ſtipulatus fuit Gregor. 9. in Epiſt. ad Germanum Patriarcham Conſtãtinopolitanum. Aſſentiunt, & celebriores Theologi; nam præter D. Bonauent. & Ricard. Alexand. de Alex. 3. par. Summ. q.33. memb.2. art.4. in reſponſionibus ad argum. aſſerit. *Ad aliud quod obijcit, de Imperatore quod ordinatur à Papa dicendũ, quod verũ eſt, quod recipit poteſtatem à Papa ad puniendos maleficos, eſequutionem autem poteſtatis accipit à lege, à Deo ergo per Papam recipit auctoritatem, ut ſit miniſter legis, & iuſtitiæ diuinæ. Vnde Auguſt. in quæſtionibus Leuitici. Cum homo iuſtę occiditur, lex occidit: non tu (dicit iudici ſæculari) ſi autem obijciatur quod ille facit cuius auctoritate fit; Vnde Papa, & Epiſcopi, qui habent prępoſitos iudices ſanguinis, uidentur occidere, dicendum* ꝙ *eſt auctoritas iubendi, & eſt auctoritas innuendi, in auctoritate iubendi, ſequitur ille facit, cuius auctoritate fit, in auctoritate uero innuendi non ſequitur. Eſt autem auctoritas iubendi, occidere maleficos penes Imperatores, auctoritas vero innuendi penes Papam, & Sacerdotes, eſt autem iſta innuitio diuinę legis (ut dictum eſt) prædicatio, & ut Principes legi diuinę obediant exhortatio. Vnde Bernardus in 4. lib. de conſideratione ad Eugenium, oſtendit qualiter uterque gladius eſt Eccleſiæ, materialis, & ſpiritualis, ſed quod gladius mate-*

rialis pertineat ad eam, quantum ad nutum, non quantum ad iuſſum & ad uſum, & uerba ſunt, Qui gladium materialem tuum negat, non ſatis mihi uidetur attendere &c. Hæc ille ſequens D. Bernardi expoſitionem, quam etiam expoſitionem habet ipſe 3. part. q. 45. memb. 3. art. 2. §. 2. & alibi ſæpe repetit eandem.

Egidius Romanus lib. de poteſt. Eccleſiaſt. part. 1. cap. 2. ait. *Quæ autem ſunt, à Deo, ordinata ſunt, ſi ergo ſunt duo gladij, unus ſpiritualis, & alter temporalis, ut poteſt patere ex ſententia Euāgelij, Ecce gladij duo hic, ubi ſtatim ſubiungit Dominus, ſatis eſt, ideſt, hi duo gladij ſufficiunt in Eccleſia, oportet autē hos duos gladios, i. has duas auctoritates, & poteſtates à Deo eſſe, quia ut dictum eſt, non eſt poteſtas niſi à Deo; ſimiliter oportet hæc ordinata eſſe, quia ut tangebamus, quæ ſunt à Deo oportet ordinata eßе; non eßent autem ordinata, niſi unus gladius reduceretur per alium & niſi vnus eſſet ſub alio, quia ut dictum eſt, per Dioniſium, hæc requirit lex diuinitus:* Hæc ille. Ecce quomodo iſti duo clariſsimi Theologi Alex. Alenſis, & Egidius vna cum Sancto Thoma, à nobis in ſuperioribus allegato & Bonifacio Papa octauo affirmant in Eccleſia nedum eſſe duos gladios. ſ. duas poteſtates; temporalem & ſpiritualem & quod vna ordinatur ad aliam, & eſt ſub illa ſ. temporalis ſub ſpirituali. Immo dicit Alex. quod Imperator habet poteſtatem à Deo, ſed per Papam, quod nos monſtrabamus contra primam propoſitionem.

Franc. de Mayeronis loco ſupra citato quolib. q. 11. ait. *Confirmatur quia Lucæ 22. cap. dicente Domino. Qui non habet, uendat tunicam, & emat gladium Dixerunt Apoſtoli, Ecce duo gladij hic & iſti duo gladij accipiunt à Doctoribus communiter pro iuriſdictione duplici. ſ. temporali. & ſpirituali, quam Apoſtoli emerunt uendentes tunicas ſuorum corporum, ut emerent gentium fidem,* Deinde affert ipſe Francſ. quandam reſponſionem eorum, qui dicunt quod ſecundum dicta Beati Dioniſij, miſtica Theologia non eſt arguibilis, & quia illa expoſitio eſt myſtica, ideo non facit fidem. *Iſtud dictam,* inquit Franc. *non eſt reale, quia ubi expoſitio non poteſt dari iuxta litteram in ſuperficie, tunc illa expoſitio, quæ uideretur eſſe myſtica, eſt litteralis, & ſic eſt in propoſito, quia non eſt uериſimile, ꝙ Chriſtus eis pro tunc induceret emere amaturas, cum gladij uſum ad defenſionem, tunc Petro inhibuerit.* Hæc ille. Ecce igitur quod in Eccleſia eſt vtraque poteſtas ſpiritualis, & temporalis ſub nomine duorum gladiorum.

Nec ſolum ex nouo teſtamento, ſed & veteri quoque hoc idem probari poteſt. Nam in Deuteronom. cap. 17. ſcribitur. *Si difficile, &*

ſile, & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem, & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram, & iudicum inter portas tuas videbis verba variari. Surge, & aſcende ad locum, quem elegit Dominus Deus tuus, venieſque ad Sacerdotem Leuiti generis, & ad Iudicem quicunque fuerit illo tempore, quærensque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunque dixerint, qui præſunt loco, quem elegit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, nec declinabis ad dexteram neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit nolens obedire Sacerdotis Imperio, qui eo tempore miniſtrabit Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & aufer malum de Iſrael, cunctuſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Hæc ibi. Pro quorum verborum intelligentia nonnulla ſunt notanda. Ex quibus manifeſta erit dignitas temporalis in Eccleſia apud Sacerdotes eſſe. Et primo obſeruandum eſt quod per illa, Iudicum inter portas tuas videbis verba variari intelligitur iudicium etiam rerum temporalium, & ciuile. Quod manifeſtum videt ex cap. 16. præcedente, vbi Moyſes hæc præcepit. *Iudices, & Magiſtratus conſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederis tibi per ſingulas tribus ſuas, vt iudicent populum iuſto iudicio, nec in alteram partem declinent. Non accipies perſonam, nec munera. Iuſte, quod iuſtum eſt, perſequeris.* Immo in eodem cap. 17. habetur, vt rei adducantur ad portas, vt iudicari à ſenioribus, & iudicibus ciuitatis illius, & eiiciantur extra portas, & lapidentur legitur. n. ſic. *Cumque reperti fuerint apud te intra vnam portarum tuarũ, quas Dominus Deus tuus dabit tibi, uir aut mulier, qui faciant malum in conſpectu Domini Dei tui, & tranſgrediantur pactum illius, vt vadant, & ſeruiant Dijs alienis, & adorent eos, ſolem, & lunam, & omnem militiam cœli, quæ non præcepi, & hoc tibi fuerit nunciatum, audienſque inquiſieris diligẽter, & verum eſſe repereris, & abominatio facta eſt in Iſrael; educ virum, ac mulierem qui rem ſceleratiſſimã perpetrarunt, ad portas ciuitatis tuæ & lapidibus obruentur. In ore duorum aut trium teſtium peribit, qui interficietur.* Hæc ibi. Et manifeſte loquitur de iudicio ciuili quod fiebat intra portas ciuitatis. Idem habetur cap. 21.

Notandum eſt ſecundo quod per verba illa ſurge, & aſcende ad locum, quem elegit Dominus Deus tuus, ad Sacerdotes Leuitici generis exprimitur ſedes Sacerdotalis. Quod probari poteſt ex Deuteronomio cap. 12. vbi inquit, Moyſes. *Ad locum, quem elegit Dominus Deus veſter de cunctis tribubus veſtris, vt ponat nomen ſuum ibi, in eo venietis, vt offeratis in loco illo holocauſta, Et Poſtpoca ſubdit. Ne*

offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris, ſed in eo, quem elegit Dominus Deus tuus in Vna tribuum tuarum. Hæc ibi. Et capit. 14. legitur. *Cum autem longior fuerit via, & locus, quem elegit Dominus Deus tuus, tibi benedixerit nec potueris ad eum hæc cuncta portare, vendes omnia & in pretium rediges, portabisq. manu tua, & proficiſceris ad locum, quem elegit Dominus Deus tuus, & emes ex eadem pecunia quicquid tibi placuerit, & comedes coram Domino Deo tuo, & epulaberis tu & domus tua.* Idem repetit in cap. 15. & 16. & alibi ſepæ. Cum igitur in ſacris litteris habetur. *Ad locum quem elegit Dominus Deus tuus.* Locus, & ſedes Sacerdotum intelligi debet. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, datum eſſe Sacerdotibus iudicium omnium rerum ſpiritualium, & temporalium. Quod etiam oſtendi videtur, ex verbis illis: *Inter ſanguinem & ſanguinem, inter cauſam, & cauſam; lepram, & leprā.* Idipſum confirmant verba ſequentia. *Veniensque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit tempore illo, querens ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunque dixerint, qui præſunt loco, quem elegit Dominus & docuerint te iuxta legem eius; ſequeris ſententiam ſuam.* His enim verbis denotatur iudicium etiam ciuile fuiſſe apud Sacerdotes. Quod comprobari poteſt ex alio loco videlicet cap. 21. vbi hæc habentur. *Accedentque Sacerdotes filij Leui, quos elegit Dominus Deus tuus & miniſtrent ei, & benedicant in nomine eius; & ad verbum eorum omne negocium pendet. Et Quicquid mundum, vel immundum eſt iudicent &c.* Ex his verbis omnem controuerſiam fuiſſe apud Sacerdotalem poteſtatem conſtat. Re vera namque manifeſtum videtur; quod omnis controuerſia ad Sacerdotem ſpectaſſet, ſicut in Synagoga ad ſupremum Hierarcham. Sic etiam tranſtulit Chaldeus interpres. *Quemadmodum ad eos pertinet miniſtrare Domino & bene dicere populo, ita determinatio omnis litis & plage.* Et Septuaginta interpretes tranſtulerunt. *Super os eorum erit omnis controuerſia & omnis tactus.* Sed ita ſenſiſſe Patres, vt de more habemus, oſtendamus.

Primus ſit S. Cyprianus Epiſcopus, & Martyr antiquiſſimus lib. 1. Epiſtola 3. ad Cornelium Papam, quæ incipit, *Legi litteras tuas,* in qua oſtēdit, qualiter Sacerdotalis auctoritas, & poteſtas diuina dignatione firmetur, & inde obortos hæreſes, & nata eſſe ſchiſmata, quod Dei Sacerdoti, hoc eſt, Pontifici obtemperare noluerint. & ait. *Qui talia ingerant non ſolum fratribus, ſed, & Sacerdotibus, quibus honor tantus de Dei dignatione conceditur, vt quiſquis Sacerdoti eius, & ad*

Tempus

Tempus hic indicanti non obtemperaret ſtatim necaretur? In Deuteronom. Deus loquitur dicens. Et homo quicunq; fecerit in ſuperbia vt non exaudiat Sacerdotem, aut Iudicem quicunq; fecerit in diebus illis, morietur homo ille, & omnis Populus, cum audierit, timebit, & non aget impie etiam nunc. Item ad Samuelem cum à Iudeis ſperneretur, Deus dixit. Non te ſpreuerunt ſed me ſpreuerunt. Et Dominus quoq; in Euangelio. Qui audit vos, inquit, me audit, & eum, qui me miſit, & qui vos reijcit, me reijcit, qui me reijcit, reijcit eum, qui me miſit. Et Paulo infra. *Neq; enim aliunde, hereſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata quam inde quod Sacerdoti Dei non obtemperatur. Nec vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex vice Chriſti cogitatur, Cui ſi ſecundum magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſum Sacerdotium collegium quicquam moueretur.* Hæc ille. Ex quibus conſtat, quod in Dei Eccleſia eſt vnus Sacerdos præcipuè, qui eſt Sacerdos, & Iudex, nempe Summus Pontifex, cui ſi omnes obedirent non orirentur hereſes, & ſciſmatha, nec quicquam contra collegium Sacerdotum moueretur vt modo fit contra eorum bona, & perſonas. Et cum Sacerdos iſte ſecundum Cyprianum, ſit Sacerdos, & iudex vice Chriſti, & Chriſtus habuerit ſupremum dominium, & ſupremam poteſtatem rerum omnium temporalium, & ſpiritualium, ſequitur quod iſte Sacerdos ſimili modo, cum vicem Chriſti gerat, habeat in temporalibus & ſpiritualibus ſupremam auctoritatem.

Rabanus in coment. huius loci. *Hac, inquit, Sententia legiſlator ritum docet Eccleſiaſtici Miniſterij, vt Sacerdotes, & Præſules Eccleſiarum Dei iudicia Eccleſiaſtica ſecundum poteſtatem ſibi datam à Deo, reuerenter agant, iuſteq; diſcernant cauſas, & actus ſingulorum, hoc maxime comendat, vt ipſa iudicia non ſecundum ſua libera quiſquis, ſed ſecundum leges Domini agere ſtudeant decreta. Et infra. Morietur, inquit, homo qui obedire noluerit Sacerdotis Imperio, ipſius videlicet Sacerdotis Imperio, qui ſecundum ordinem Melchiſedech Sacerdos factus in eternum, Paſtores, hoc eſt, Vicarios ſuos conſtituit regere Eccleſiam, quam acquiſiuit Sanguine ſuo, vt pro ipſo legatione functi, Euangelium toto orbe prædicarent, qui quantæ auctoritatis ſint ipſe demonſtrat dicens. Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit:* Hæc ille. Inquiens ꝙ Sacerdos in Eccleſia, qui eſt Sacerdos in eternum ſecundum ordinem Melchiſedech debet cauſas, & actus ſingulorum, per iudicium Eccleſiaſticum iuſta decernere, & ideo cum in Melchiſedech fuerit vtraq; dignitas in vna perſona, ſic in Chriſto & in Summo Pontifice Romano.

Eadem

Eadem cum Cypriano. & Rabano docet Hier. in cap. 2. in Aggeum. affirmans eundem eſſe Pontificem, & Iudicem. Cyrillus Alex. lib. 13. de Adoratione in ſpiritu, & veritate ait. *Vide etiam ſi placet altera quoq; ratione Chiſti gloria exornari Sacerdotes, cum ille diſertis verbis clamet, & dicat: Vnus eſt legislator, & Iudex, quod in ſacris litteris habetur cum quo Sanctus quoq; Dauid concinat; Deus Iudex eſt, hujus muneris ampliſſimam dignitatem, qui ſacro genere orti eſſent, & attribuens legislator ad hunc modum loquitur in Deuteronomio.* Hæc ille. Qui cum allegaſſet verba Deuteronomij ſubſequitur: *Vides legem aperte imprecari ijs, qui quocunq; nomine ali quem accuſare velint, vt Iudicem, atq; cognitorem faciet Sacerdotem. Sed obſeruabis valde, vt facias iuxta omnia, quæ conſtituerunt tibi, labia namq; Sacerdotis, cuſtodient Scientiam, & legem requirent de ore eius, ut Propheta loquitur, neq; enim ille leges conſtituit, ſed potius quod legis lator decreuerit incorrupte interpretando ad rectam viam perducit, cumq; Iuſticia ſit optimus arbiter, de una quaq; re iudicium ſubtiliſſime ponderat, ob eamq; cauſam immanitatis, & ſuperbię crimen illis adiunctum eſt, qui ei obtemperare contempſerint.* Hæc Cyrillus dignitatem in omnibus Sacerdotio tribuens ampliſſimam. Eodem modo expoſuit Procopius.

Eandem auctoritatem Deuteronomij, ad oſtendendam ſupræmam vtranque poteſtatem eſſe in Eccleſia citant plura Concilia, Concilium namq; Pariſienſe ſub Ludouico, & Lothario eius filio Imperatoribus Gregorio 4. Papa, in præfatione ait. *Si Sacerdos eſt, ſciat legem Domini, ſi ignorat legem, ipſe ſe arguit, non eſſe Domini Sacerdotē. Sacerdotis .n. eſt ſcire legem, & ad interrogationem reſpondere de lege; Quod quid, & in Deutero. legimus ut ſicubi in Vrbibus Iſrael queſtio fuerit nata inter Sanguinem, & Sanguinem, Iudicium, & Iudicium, Lepram, & non Lepram, contradictionem & non contradictionem: Eant ad Sacerdotes atq; Leuitas & ad Pontificem, qui in diebus illis fuerit conſtitutus, & quærant ab eo legem Domini, quibus reſpondentibus faciant quod iubetur.* Hæc ibi Hoc idem docuit Concilium Aquiſgranenſe eiuſdem Ludouici Imperatoris tempore cap. 97. & tandem Concilium Lateranenſe ſub Leone Decimo ſeſſ: 11. in abragatione Pragmaticę ſanctionis. Eodem modo interpretatus eſt Innoc. 3. vt refertur in capit. Per venerabilem. Qui filij ſint legit, cum enim retuliſſet verba Deuteronomij, ſubdit. *Sane cum Deuteronomium lex ſecunda interpretetur ex vi vocabuli comprobatur vt quod ibi decernitur in nouo teſtamēto debet obſeruari locus enim quem elegit Dominus, Apoſtolica Sedes eſſe cognoſci-*

gnoſcitur & infra ; Sunt autem Sacerdotes Leuitici generis fratres noſtri, qui nobis iure Leuitico in executione Sacerdotalis officij coadiutores exiſtunt. Is vero ſuper eos Sacerdos ſiue Iudex exiſtit ; cui Dominus inquit in Petro. Quodcunq; ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlis &c. Eius Vicarius, qui eſt Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech conſtitutus à Deo iudex viuorum, & Mortuorum, ſua quippe diſtinguit iudicia. Primum inter Sanguinem, & Sanguinem, per quod Criminale intelligitur, & Ciuile. Vltimum inter Lepram, & Lepram, quod Eccleſiaſticum, & Criminale notatur. Medium inter cauſam, & cauſam quod ad vtrunq; refertur tam Eccleſiaſticum, quam Ciuile. In quibus, cum aliquid fuerit difficile, vel ambiguum ad iudicium eſt Sedis Apoſtolicæ recurrendum. Hæc ille. Cum igitur iudicium inter Sanguinem, & Sanguinem, ſit iudicium Criminale, & Ciuile, & in hoc ſecundum legem Domini, ſi ambiguũ aliquid exortum fuerit, recurrendum eſt ad Sacerdotem ſupremum, ſequitur, quod etiam in Eccleſia ſit poteſtas ſuprema temporalis apud Papam. Quapropter Canoniſtæ in hunc locum idem docent Innoc. enim ait. *Inter Sanguinem, & Sanguinem Iudicium variatur, cum Accuſator dicit, probatum eſt quod reus Sanguinem fudit, ideſt aliquod Crimen Ciuile comiſit, puta homicidium, adulterium, furtum, vel aliquid aliud ſimile. Inter Lepram, & Lepram, cum Accuſator dicit. Infectus es Lepra hereſis ideſt aliquo Crimine Eccleſiaſtico, puta Simonia, Sacrilegio, vel conſimili. Vt Accuſatus negat inter cauſam, & cauſam, cum Actor dicit: Teneris mihi in centum ex mutuo, vel commodato, vel conſimili Ciuili actione, vel etiam teneris mihi ad decimas præſtandas, vel habeo ius patronatus in hac Eccleſia, vel alia conſimili actione Ciuili, vel Eccleſiaſtica, reus autem negat; nam in his omnibus ſi quid difficile, vel ambiguum fuerit ad Sedem Apoſtolicam recurrendum eſt, 28. diſt. multis, ſupra de appell. vt debitus (Criminale). Idem vult intelligere Criminale, & Ciuile, non diuerſa, & ſic de alijs.* Hæc Innocentius. Adſtipulatur Panormitanus inquiens. *Inter ſanguinem, hæc verba, vario modo exponuntur per Doctores; ſed placet intellectus, qui eligitur ex glo. per illa verba ſanguinem, vt per ſanguinem denotetur cauſa criminalis fori ciuilis, & per verba, lepram & lepram denotetur cauſa criminalis fori Eccleſiaſtici. Illa autem verba, cauſam, & cauſam denotant cauſam ciuilem vtriuſq. fori, & in ſumma hæc vult illa auctoritas, quod qualitercunq. oriatur difficultas, & ambiguitas, ſiue in Criminali, ſiue Ciuili, recurrendum eſt ad iudicium Papæ. Ex quo notant Doctores contra Legiſtas, qui in caſibus dubijs de iure Ciuili nolunt ſtare determinationi factæ per Canoniſtas, pone exemplum in detractione duarum quartorum*

torum

torum de quibus in capit. Raynuntius, & cap. Raynal, de teſta, & capit. Abbas. Hæc Panormitanus. Eadem docuerunt alij canoniſtæ.

Quod etiam in Eccleſia ſit ſuprema poteſtas in temporalibus, ex eiſdem verbis allatis docuerunt Theologi. Hinc Henricus Gandauenſis quolib. 6. q. 23. cum poteſtatem temporalem, ſpirituali ſubiectam eſſe docuiſſet, cum temporalia nullam aliam cauſam habere poſsint, niſi ſpiritualia docens quando, & quomodo ea poteſtas à Sacerdotibus reducenda ſit ad actum. Inquit. *Vnus eſt caſus ſecundum quod ibi oſtenditur nimirum extra qui filij ſint legitimi cap. Per venerabilem auctoritate Deuteronomij. Cum aliquid fuerit difficile, vel ambiguum, tunc ad iudicium Sedis Apoſtolicæ eſt recurrendum, & ſecundum hoc Sacerdos Apoſtolicus ſe habet ad Reges, & Principes tanquam Architecti ad artifices, illi enim propter quid & regulas iudicandi ſciunt. Iſti Mechanici vero tamquam experti in multis ipſum quia, ſciunt; propter quid, autem ignorant, propter* ꝙ *debet illis leges dare ſecundum quas debent iuriſdictionem ſuam exequi, & populum regere, nec aliorum leges recipere, niſi per ipſum fuerint approbatæ. Alius vero caſus eſt ratione debiti, vel ex emiſſione &c.* Hæc Henricus declarans etiam alios caſus in quibus propriè Eccleſiæ vtilitatem Papa ſe intromittere poteſt, affirmans, qui debet Regibus, & Principibus leges dare, ab alijs autem non recipere.

Adſtipulatur Franc. de Mayorone quolib. q. 11. dicens. *Confirmatur, quia Deuteronom. 17. cap. In dubijs iudicijs præfert iudicium Sacerdotis, iudicio iudicis vniuerſalis in temporalibus, cum loquebatur de iudicio Sanguinis. & inobedientem Sacerdoti mandat interfici. Tum quia in eodem cap. dicitur, quod Rex conſtituendus debeat accipere exemplũ legis ſecundum quam regnaturus erat, à Sacerdotibus Leuitici generis, quæ quidem acceptio legis oſtendit aliquam ſubiectionem ei, à quo quis accipit legem. Tum quia eiuſdem libri 21. cap. dicitur* ꝙ *ad Sacerdotem iudicium pendet omne negotium, & loquitur ibi tam de ſpiritualibus, quam de temporalibus, vt patet in textu.* Hęc Franc. more ſuo declarans Principatum Summi Pontificis in temporalibus, & ſpiritualibus.

Subſcribit Ioannes de Baccone q. 11. art. 4. in prologo lib. 4. Sent: inquiens. *Iudicium inter Sanguinem eſt iudicium Ciuile, inter Lepram, & Lepram eſt Eccleſiaſticum, & Spirituale. Iudicium autem inter cauſam, & cauſam ad vtrunq; refertur tam Eccleſiaſticum quam Ciuile, locus autem quem elegit Dominus eſt Sedes Petri, & Apoſtolica, vbi eſt Summum Sacerdotium. Ergo in omni cauſa tam Ciuili, quam Eccleſiaſtica eſt ad*

Papam recurrendum, ſi quid dubium fuerit; ſed non eſſet ad Papam recurrendum, in omnibus dubijs, & in omni cauſa tamquam ad ſuperiorem, & vltimum iudicem in terris, niſi eum ſuperiorem in omni cauſa haberet, & ſic deducitur hæc auctoritas legis; qui filij ſint legitimi cap. Per venerabilem, & circa medium ait. Chriſtus iudicauit in ſanguinis cauſa, quando præcepit Petro quod poneret gladium in vaginam, maxime quando conſtat, quod poſſit haberi recurſus ad maiorem. Vnde ſequitur. Non ne poſſum &c. Similiter in cauſa criminali, quando liberauit Mulierem in adulterio deprehenſam; ſimiliter in cauſa ciuili, & Eccleſiaſtica, quando inter Phariſcos, & Herodianos definiuit cauſam. Reddite quæ ſunt Caſeris, Ceſeri &c. Hæc ille. Eodem modo plures alij exponunt.

Vltimo pro nunc veritatem hanc ex ipſo Moyſe legis latore probemus quem ſi oſtenderimus fuiſſe Principem in rebus Sacris, & Secularibus, ſiue Principem, & Sacerdotem, negari non poterit quod etiam Petrus per Chriſtum non fuerit Princeps in temporalibus, & ſpiritualibus, cum Sacerdotibus Noue legis minorem facultatem à Chriſto datam eſſe in temporalibus, & ſpiritualibus nó ſit veriſimile. Quod igitur Moyſes fuerit Sacerdos, ſiue Princeps in rebus ſacris, habemus in Pſalmo 98. *Moyſes, & Aaron in Sacerdotibus eius.* Quibus quidem verbis oſtenditur, quod Moyſes fuerit vere Sacerdos, ſicut & Aaron Frater eius cum referatur inter Dei Sacerdotes, ſic exponit Auguſt. dicens. *Ibi quidem non videtur Sacerdos, niſi Aaron, Aperte.n. in illis litteris Aarō nominatē Sacerdos Dei. Sed ſi hoc non erat, quid erat? Numquid maior Sacerdote eſſe poterat? ex propriat Pſalmus iſte, quia & ipſe Sacerdos erat. Moyſes & Aaron in Sacerdotibus eius. Ergo erant illi Domini Sacerdotes.* Hæc Auguſt. Sic etiam expoſuit Orig. humil. 15. in c. 19. Ioſue, Nazianz. in Oratione ad Greg. Nyſſenū. Conciliū Hiſpalenſe 2. c. 7. Concilium Aquiſganenſe ſub Ludouico Pio cap. 9. & plures alij Patres, & Concilia Quod autem Moyſes fuerit etiam Princeps in rebus temporalibus, & ſi nó egeat Probatione, cum Auctor ipſe in textu fateatur, attamen probabimus, vt magis dignitas regia Summi Pontificis comprobetur. Legitur enim in Exod. cap. 18. quod cum Moyſes per diem integrum in decidendis litibus eſſet intentus Conſilio Iethro ſoceri ſui, ex omni Iſrael viros ſelegit, qui litibus iudicandis præeſſent, vt facilius onere partito rebus maioris momenti operam nauaret: quæ quidem lites erant de rebus temporalibus, ſic exponit Clemés Papa lib. 2. cap. 43. Conſtit. Apoſtolicarum aſſerés. Quæcúque poteſt

Diaconus factus ab Epiſcopo poteſtate, moderetur per ſe; quę vero maiora ſunt Epiſcopus iudicet, Cæterum ſit Diaconus Epiſcopi auris & oculus, & item, os, cor, & anima, ne Epiſcopus ſolicitudine multarum rerum, ſed grauium tantum vrgeatur, ſicut Iethro Moyſen inſtituit, & Moyſes Conſilium eius amplexus eſt; pulcra quidem Chriſtiani nominis laus eſt cum nemine litigare. Hæc ille. Immitatur Greg. lib. Paſtor. part. 2. cap. 7. & ait *Hinc Moyſes qui cum Deo loquitur Iethro alienigenę reprehenſione iudicatur, quod terrenis populorum negocijs ſtulto labore deſeruiat, cui & Conſilium non præbetur; vt pro ſe alios ad iurgia dirimenda conſtituat, vt ipſe liberius ad erudiendos populos ſpiritualium arcana cognoſcat; à ſubditis inferiora gerenda ſunt, à Doctoribus ſumma cogitanda.* Hæc ille. Aſſenſit D. Anſelm. in expoſitione ſuper 6. cap. 1. ad Corint. dicens. *Qui tamen proximorum infirmantium negotia non debent funditus deſerere, ſed hæc alijs, quibus dignum eſt, committere. Vnde Moyſes quoque viros ad populum pro ſe ſeptuaginta conſtituit, vt quanto ſe ab exterioribus cauſis abſconderet, tanto ardentius intima penetraret.* Hęc Anſelm. & multi alij Patres, & Theologi expoſuerunt, Ex quibus manifeſtum eſt Moyſem fuiſſe Sacerdotem & Regem. Quapropter Clemens Roman. lib. 2. conſtitut. Apoſtolicarum cap. 29. ait. *Si Aaron poſtquam Pharaoni nunciauit verba Moyſis, Propheta dictus eſt, Moyſes vero Deus Pharaonis, & Rex ſimul, & Pontifex, ſicut ait illi Deus. Poſui te Deum Pharaonis, & Aaron Frater tuus erit tuus Propheta; cur uos internuncios Sermonis veſtri non habetis in Prophetis, & Epiſcopos tamquam Deos colitis.?* Hæc Clemens D. Gryſoſt. ſuper Acta Apoſtolorum ita ſcribit. *Petrus à Filio ſuper omne quod eſt Filij, poteſtatem accepit, non vt Moyſes in gente vna, ſed in vniuerſo orbe.* Hæc ille. Et Bernardus lib. 2. de conſideratione ad Eugenium ita inquit. *Nobis deſcribens excellentiam dignitatis Papalis. Tu quis es? Tu Sacerdos magnus, Pontifex. Summus, Princeps Epiſcoporum, hæres Apoſtolorũ, Primatu Abel, gubernatu Noè, Patriarchatu Abrahã, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus.* Hęc ille. Ecce quomodo iſti duo Sanctiſsimi Patres aiunt, quod Papa habet auctoritatem ſicut Moyſes, non tamen in gente vna ſicut Moyſes, ſed in toto orbe. At Moyſes habuit auctoritatem temporalem, & ſpiritualem, vt notatur etiam in cap. Nouit, de iudicijs vt notat glo. in cap. cauſamque el ſecondo. Qui fil. ſint legitimi: Papa igitur habet plenitudinem poteſtatis temporalis & ſpiritualis à Deo immediate.

Subſcribunt Theologi Ricard. in lib. 4. ſent diſt. 24. art. 3. q. 3. ad quintum

quintum argumentum dicens. *Dicendum quod Moyſes non tam fuit Princeps, ſed Sacerdos iuxta illud Pſalmi 98. Moyſes, & Aaron in Sacerdotibus eius; in Decreto diſt. 22. Sacro Sancta in glo. vnde Moyſes expreſſius, quam Aaron figurauit Chriſtum, qui fuit Summus Rex & Summus Sacerdos, & ex conſequenti Vicarium eius in terris, in quo ſimul ſub Chriſto eſt vtraque poteſtas.* Hęc Ricardus & apertiſsime confitens in Papa vtramque eſſe poteſtatem.

D. Bonauent. de Eccleſiaſtica Hierarchia part. 1. cap. 1. ait. *Iam vero poſſunt Sacerdotes & Pontifices ex cauſa amouere Reges & deponere Imperatores, ſicut ſæpius accidit & viſum eſt, quando. ſ. eorum malitia hoc exigit, & reipublicæ neceſſitas ſic requirit; Summus vero Pontifex penes quem prima in terris reſidet auctoritas, non à rege, non à Principe ſæculari, non ab homine iudicatur; ſed ſolius Dei iudicio reſeruatur. Spiritualis enim homo iudicat omnia, & à nemine niſi à ſolo Deo iudicatur, ſed vt poſſint tales perſonę liberius ſpiritualibus uacare, & nunc per uerbi uitę prædicationem, nunc uero per Sacramentorum miniſtrationem, populum ſibi ſubditum ad Deiformem ſimilitudinem reformare, neceſſe fuit alios aſſumere in partem ſolicitudinis, qui in diuerſis negotijs, & cauſis eis aſſiſterent, & onus eorum ſupportarent, temporalia enim ſpiritualibus ſunt annexa, & de facili ſpirituale officium impedirent, niſi cauſas & lites ex temporalibus orientes, aliqui per iuſtitiam deciderent, & definirent: ideo dixit Iethro ad Moyſem, Vltra uires eſt negotium, ſolus ſuſtinere non poteris &c.* Hæc Bonauent. affirmans in Papa eſſe primam, hoc eſt ſupremam poteſtatem in temporalibus, licet vt liberius rebus ſpiritualib⁹ vacare poſsit neceſſe fuit alios aſſumere, hoc eſt Principes in partem ſolicitudinis, ſicut fecit Moyſes ad cõſilium Iethro ſoceri ſui, vt legitur Exodo cap. 18.

Subſcribit Franc. Mayro. loco ſupra allegato inquiens. *Secundum teſtimonium eſt, quod cum Moyſes eſſet Princeps ſpiritualium uſus Conſilio Iethro, conſtituit iudices in rebus temporalibus, ut ſolum ipſe eſſet in pertinentibus ad Deum immediate, Exod. 18. cap. Et ſic poteſtas temporalis, tunc ſuberat Principi ſpiritualium, quo maior iſte eſt ſecundum Apoſtolum.* Hæc Franc. Eodem modo expoſuit Henric. quolibet 6. q. 23. & alij. plures. Et ſic patet Summum Pontificem habere à Deo immediate plenitudinem vtriuſque poteſtatis, ſpiritualis ſcilicet & temporalis directe & iure diuino.

Cum igitur auctoritatibus diuinarum litterarum, Summorum Pontificum, Sacrorum Conciliorum, & Sanctorum Patrum ſatis iam probatum ſit, in Eccleſia directe, & abſolute vtranque eſſe

poteſtatem, regiam ſcilicet & Sacerdotalem, & per conſequens regimen Eccleſiæ eſſe Monarchicum. Hoc idem oſtẽdi poſſet rationibus, ſed vna tamen contenti erimus, quæ talis eſt. Illi debetur regni & Sacerdotij ſuprema Monarchia, qui ſupremum caput, in tota, & vniuerſali Eccleſia, Chriſto ſuccedit. Sed ille fuit Petrus, & ſucceſores, ergo in ipſo eſt ſuprema Regni & Sacerdotij poteſtas & Monarchia. Minor propoſitio ſatis in ſuperioribus eſt probata, & clara eſt apud Catholicos, vt patet. Maior propoſitio probatur. Quoniã Chriſtus optimo regimine Eccleſiam ſuã reliquit gubernandam, ſed optimum regimen eſt Monarchia abſoluta in omnibꝰ etiam temporalibus, ergo tali modo reliquit illam gubernãdam. Maior videtur clara vt inquit Sã. D. Doct. lib. 4. cõtra Gentes c. 76. cũ regimen Eccleſię ſit diſpoſitum per eum, per quem Reges regnant & conditores legum iuſta decernunt, At minor propoſitio primo explicari debet, & poſtmodum probari. Pro explicatione igitur dicimus tres regiminis formas eſſe principales. Monarchia, Ariſtocratia, & Democratia, Monarchia, quando in republica vnus principatur, Ariſtocratia, quando optimates præſident. Democratia, regimen eſt & Imperium populare; ſunt & tres aliæ ijs oppoſite Tyrannis, Oligarchia, & Populi factio tumultuaria. His ſic declaratis probatur minor propoſitio; quod Monarchia ſit optimum regimen & primo probatur, auctoritate Sanctorum Patrum. Hoc enim videtur velle Dionyſius Areopagita in Epiſtola ad Demophylum Monachum, & de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. 6 Ignatius Martyr in Epiſtola ad Philadelphienſes, Iuſtinus Martyr in lib. de Monarchia. Quare D. Baſilius in proemio in lib. de moribus ſiue de iudicio Dei dicebat. *Animaduertendum in quauis multitudine diſciplinam, conſenſionemque eo uſque ſolere ſeruari, quo ad omnium communiter in Principem unum in portando eius Imperio conſpiratio teneretur, contraque diſſenſiones, atque diſſidia, ſimiliter imperantium etiam multitudinem, ex eo naſci, quod nemo eſſet, qui imperaret, hocque quod dico, aliquando in magna Apum frequentia animaduerti, quæ naturali directe inſtinctu, Regem ſuum ſeruato ordine ſequuntur.* Hæc ille.

Adſtipulatur quoque Gryſoſtom. in lib. de Demonſtratione contra gentes, quod Chriſtus ſit Deus. Cum enim ex Pſalmo 44. manifeſtaſſet, quod Apoſtoli ſunt conſtituti ſupèr omnem terram & ſunt maiores & potentiores, Regibus & Principibus, probans Eccleſiæ regnum eſſe vnicum ex Michea Propheta cap. 4. inquit.

Indiſciſſa

Indiſciſſa Eccleſia manifeſtatur. In nouiſſimus diebus inſignis erit mons Domini præparatus in vertice montium, & exaltabitur ſuper omnes colles, & venient ad eum omnes populi, & gentes multæ, & quòd non ſolum firma, & ſolida, & immobilis ſit, ſed quod multa orbi pace præſideat, & interibunt principatus multorum in Ciuitatibus, & Monarchiæ, vnum autem regnum quoddam propagabitur, & abundantius erit pace, non ſicut prius. Et infra exponens illud Eſa. Tunc paſcet ſimul Lupus cum agno, ait. At ſi ſimul paſcet, quid hoc humano generi proderit? Sed hoc ad feros, & agreſtes homines pertinet. Scythas, Thraces, Mauros, Indos, Sauromatas, Perſas, quia gentes illæ omnes ſub vno iugo erunt. Id quod & alius quidem Propheta manifeſtans dicebat. Et ſeruient ei ſub iugo vno, & adorabunt eum; vnus quiſque à loco ſuo. Ex quibus manifeſtum videtur, quod Griſoſt. loquatur de Monarchia in omnibus Eccleſiæ collata.

Theodoretus lib. 5. de prouidentia imitatus Baſilium, & Hieronimum in Epiſtola ad Ruſticum, hoc ipſum exemplo apum docet aſſerens. *Confuſam inter multos poteſtatem, & Democratiam odio habent. Vnum Ducem obſeruant, huic parere illis gratiſſimum eſt.* Hęc Theodoretus ita & multi alij tradiderunt.

Quod Monarchia ſit optimum regimen docuerunt etiam Philoſophi, quare Plato in Dialogo de regno dicit. *Vnius igitur dominatio bonis coniuncta conſtitutionibus, quales leges vocamus, ſex illorum omnium optima eſt.* Et Ariſt. lib. 8. Eth. cap. 10. cũ enumeraſſet ſpecies regiminis dixit. *Horum optima regnum.* Sic vna cum ipſo ſenſerunt omnes Peripatetici, vel in lib. Polit. & Eth. vel in meth: in calce. Vbi ex monarchia monſtrat & concludit eſſe tm̃ vnus Deus. Dicens. *Non eſt ergo bona pluralitas principatum. Vnus ergo Princeps.*

Nec ea; quæ à Platone, & Ariſt. dicuntur intelligenda ſunt tantum circa temporalia, quia Plato in eodem dialogo affirmat, quod Rex in repub. Sacerdos eſſe debet, ſic etiam docuit Ariſt. Immo apud omnes nationes antiquitus. Reges erant Sacerdotes, vt apud Perſas, Indos, Gallos, & alias nationes, vt omnes ferè teſtantur hiſtorie. Quare Diotogenes Pythagoreus dicebat. *In rege perfecto, vt bonus ſit Imperator, iudex Sacerdo, requiritur, hęc namq; Regiam Maieſtatem comitantur, & ornant.* Hæc ille. Cum igitur Monarchia ſit optimum regimen, & optimum regimen ſit regimen Eccleſiæ, ſequitur quod Eccleſiæ regimen ſit monarchicum.

Accedit ad hoc dictum Dioniſij Areopagitæ de Eccleſiaſtica Hierarchia cap. 6. ꝙ Imperium militantis Eccleſiæ eſt ſicut Imperi-

perium Eccleſiæ Triumphantis, at imperium Eccleſiæ triumphantiſ eſt monarchicum, quia in ipſa vnus eſt Rex regum, Dominus Dominantium, Deus ipſe, quia in principatu regali, ſiue monarchico ſuprema poteſtas in vno ſolo collocatur, vt locis allegatis docet Ariſt. Imperium igitur militantis Eccleſiæ debet eſſe Monarchicum. Quod etiam docuerunt Clemens Alex libr. 6. & 7, Stromatum. Cyrillus Hieroſolimit. Cathecheſi 18. Anaſtaſius Sinaita initio anag. Contemp. Maximus monachus in expoſitione Liturg. & Bernard. lib. 3. de conſideratione. Hoc etiam ex Theologis docuit D. Thomas lib. 4. contra gentes cap. 76. & ibidem Ferrarienſis, Ricard. & Bonauent. lib. 4. Sent. diſt. 25. In repub. Eccleſiaſtica igitur vnus pręſidere debet. At quem eſſe illum arbitrabimur, niſi Pontificem Romanũ? Si enim duo eſſent Imperatores, ſicuti alias fuerunt plures quoq; ſunt Reges in republica Chriſtiana, & tamen ipſa, & Imperium eius eſt monarchicũ cum in Eccleſia Dei non poſſit eſſe niſi vnus Summus Pontifex Canonice electus, & in dubitatus. Quare Summus Pontifex ſupremam, & plenam poteſtatem temporalem, & ſpiritualem habebit. Poſſet hæc veritas pluribus alijs auctoritatibus ſacrarum ſcripturarum, tum veteris, tum noui teſtamenti comprobari vna cum expoſitionibus Sanctorum Patrum, Summorum Pontificum, & Sacrorum Conciliorum, quas breuitatis gratia omitto. Sed videamus Auctoris probationes.

Autore.

Et la ragione inſegna quello, che nell'Hynno della Chieſa ſi legge. Non eripit mortalia, qui regna dat Cæleſtia, perciochè il regno temporale, & la Monarchia, in che maniera ſi doueſſe gouernare, già era ſtato fondato dal principio del mondo, per l'autorità del gran Monarca dell'vniuerſo Iddio, di maniera che Chriſto Saluator Noſtro non fondò la Monarchia temporale.

Reſponſio.

Hic Autor, hoc in loco immaginatur vnum falſum, quod videlicet Chriſti, & Eccleſie Monarchia, ceteris Principibus, regna & dominia eripiat, ſed maxime allucinatur. Quoniam Monarchia, Eccleſiæ ſtat, ſaluo tamen legitimo Principum Secularium Dominio, & recto vſu, hæc enim ſine iuſta cauſa aufferri, & impediri non debent, nec poſſunt. Ariſt. enim lib. 4. Polit. cap. 10. & 8. lib. Eth. cap. 10. ſicut etiam docet D. Thom. opuſculo 20. cap. 11. aſſignãs diſcrimen inter Regem, & tyrannum inquit, quod regnum, nõ eſt

pro-

propter Regem; ſed Rex propter regnum, quia ad hoc Deus prouidit de eis, vt regnum regant, & gubernent, & vnum quemq; in ſuo iure conſeruent, & hic eſt finis regiminis. Quod ſi ad aliud faciunt in ſe ipſos commodum retorquendo, non ſunt Reges, ſed Tyranni, adeo vt, Rex ſubditorum, & comunem vtilitatem, Tyrannus verò propriam ſpectet & aduertat. Iuriſdictio igitur temporalis Eccleſiæ non exercetur, vt legitimum aliorũ dominium, & bonus vſus impediatur. Non enim quicquam aliorum Monarchia Eccleſię tollitur. Nam ſicut Chriſtus ſecundum naturam humanam ab inſtanti ſuæ conceptionis, cum eſſet vnita verbo, vt dictum eſt in ſuperioribus de mente Sanctorum Patrum & præcipuè Bedæ, & D. Thomæ, omnium rerum acceperit dominium temporale, nec propterea aliorum dominium ablatum fuit, ſicut etiam per Imperialem, & Regiam poteſtatem ſuper particularia bona laicorum non aufertur quicquam de legitimo dominio illorum; nec bonus vſus tollitur, ſed potius fulcitur, & cuſtoditur, vt vnuſquiſquę rebus ſuis rectè vtatur. Duobus enim modis tantum res, & bona ſibi ſubiectorum accipere poſſunt Principes, vel ratione delicti puniendo reos, & criminoſos, vel ratione boni conſeruandi, vel promouendi vſq; ad decentem ſtatum. Pari ratione ſi Petri ſucceſſor ſuper Reges, & alios Principes conſtituatur non tollitur quicquam de Dominio legitimo illorum, nec de bono, & recto vſu, ſed potius conſeruatur, & cuſtoditur. Saluo igitur Principum Secularium legitimo Dominio, & bono, ac recto vſu, ſtat Eccleſiæ Monarchia. Vnde dicebat Ferrarienſis loco citato *Papa non eſt abſolutus ab obſeruatione legis diuinæ, & naturalis, ideo intelligitur iſta poſſe facere, & vnum quemq; Chriſtianum illi teneri obedire ſalua iuſtitiæ æqualitate, non autem ſibi prohibita res vnius cuiuſq; vſurpare, aut alteri dare poteſt, quoniam licet vniuerſalem habeat Iuriſdictionem in Eccleſia, non habet tamen omnium rerum immediatam adminiſtrationem.* Et ſic patet ad illud de Hymno Eccleſię. *Non eripit mortalia qui regna dat Cœleſtia.*

Ad aliud, dico Chriſtum Saluatorem noſtrum non inſtituiſſe monarchiam in genere, & abſolute in Petro, & ſucceſſoribus, quæ ab initio in veteri lege aliquo modo non fuiſſet, vel in actu, vel in ſimilitudine figurata, vel à Prophetis prędicta, ſicut contra tres propoſitiones ſuas demonſtrauimus.

Auctore

Reſta adunq. di dire, che fondeſſe la ſpirituale, il che chiaramente ſi vede in San Giouanni nel cap. 20. doue hauendo detto. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, ad ogni modo la dà limitata agli Apoſtoli, inſieme con San Pietro: Inſufflauit in eos, & dixit. Accipite Spiritum Sanctum quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt: doue & dall' atto che Chriſto fà, & dalle parole che dice, ſi caua che l'autorità del Sommo Ponteſice è ſpirituale, & ſuper peccato, & ſopra dell'anime ſolamente, ſecondo le parole di quell' oratione della Chieſa a San Pietro. Qui beato Petro poteſtatem animas ligandi, atq. ſoluendi tradidiſti, laquale è limitata come hò detto.

Reſponſio

Hic obſeruandum eſt, Theologum iſtum Sacrarum Scripturarum proceſſum non obſeruare, & ideo in errores incidere; Dicit n. quod primo Saluator noſter dixit. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra*, Deinde ꝙ ipſam reſtrinxit ipſis Apoſtolis, & Petro quando. *Inſufflauit, & dixit, Accipite Spiritum Sanctum &c.* Sed in errore, & ignorantia ſcripturarum verſatur, quoniam, vt docet Diuus Hieronimus ad Hidibiam. *Prima die, qua a mortuis reſurrexit clauſis ianuis apparuit diſcipulis ſuis, & dixit eis, Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos; & inſufflauit in eos, & ait; Accipite ſpiritum ſanctum &c. & tunc Thomas non erat cum eis, ut dicit ibidem Io:* Poſt modum perexerunt in Galileam, & ibi ſupra montem manifeſtauit ſe vndecim Diſcipulis, inter quos erat Thomas, vt docet Euſebius Emiſenus; Quomodo igitur hec ſtare poſſunt? quod primo dixerit illis. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra*: coram vndecim Diſcipulis inter, quos, & Thomas; Et poſtmodum prima die, vt dicit Hieronimus, apparens illis ianuis clauſis, & Inſufflauit in eos, & dixit. Accipite &c. Thoma abſente, vt dicit Euang.ta? Præterea apparitio facta ianuis clauſis, fuit Ieruſalem. Vndecim vero manifeſtauit ſe ſuper montem Galileę.

Dico igitur hoc eſſe argumentum Lutheri, & Caluini, & aliorũ Hereticorum negantium Pape auctoritatem. Verum tamen aſſero apud omnes Patres, & Theologos certum eſſe, quod per illa verba non datur omnis clauium poteſtas, ſed tantum datur poteſtas ordinis ad remittenda peccata, & præcipuè, in Sacramento pænitentiæ, ſic docuit D. Hieron. ad Hidibiam. q. 9. dum ait. *Rurſum in fine Euangelij ſecundum Ioan: eo die, quo reſurrexerat ideſt die Dominica*

nica clauſis ianuis ad Apoſtolos introiſſe narratur, & dixiſſe eis ſecundo, Pax vobis & intuliſſe; ſicut miſit me pater, & ego mitto vos, & cum hoc dixiſſet Inſufflauit, & dixit eis. Accipite Spiritum Sanctum quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Prima igitur Die Reſurrectionis, acceperunt Spritus Sancti gratiam, qua peccata dimitterent, & baptizarent & filios Dei facerent. Hæc Hieronymus. & Gryſoſtomus humil. 85. in Ioannem, inquit. *Non tamen quiſpiam erraret ſi tunc eos poteſtatem quandam, & gratiam ſpiritualem accepiſſe diceret, non tamen vt mortuos ſuſcitarent, & virtutes oſtenderent, ſed vt peccata dimitterent.* Hæc ille, Eodem modo expoſuit Cyrillus Alexand. in hunc locum Ioannis, & libro de recta fide in Chriſtum ad Reginas. At quando in capitulo ſequenti dixit Petro. *Symon Ioannis diligis me? Paſce agnos meos, Paſce oues meas.* Non determinauit poteſtatem, ad auctoritatem dimittendi peccata, ſed illi tribuit omnem poteſtatem, & regimen, & quo ad temporalia, & ſpiritualia, ſicut probatum fuit in ſuperioribus. Sic etiam quando Matth. capit. 16. dixit. *Et tibi dabo claues regni cælorum. Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum, & in cælis &c.* Vt dictum fuit. Quare locus adductus non facit ad propoſitum. Ad illud, quod addit ex Oratione Eccleſiæ in Feſto Sancti Petri. *Deus qui Beato Petro animas ligandi atque ſoluendi poteſtatem tradidiſti.* Optime apparet reſponſio, ex ſuperioribus vbi dictum fuit ad Apoſtolum Rom. 13. *Omnis anima poteſtatibus &c.* accipi pro toto homine. Et ideo ad tollendum errorem in reformatione breuiarij, Deo forſan inſpirante, particula illa ablata fuit.

Autore.

L'Autorità di ſcommunicare data all'iſteſſo San Pietro è conditionata Math. 18. Si peccauerit In te Frater tuus, & Eccleſiam non audierit ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus, nel qual luogo il Saluatore dà l'autorità di ſcommunicare; ma ſuppoſto il peccato & l'oſtinatione.

Reſponſio.

Hæc quomodo intelligenda ſint apparebit in ſeptima propoſitione.

Quinta propoſitione dell'Autore.

L'ESSERE, *le perſone, & i beni Eccleſiaſtici eſſenti dalla poteſtà del Principe ſeculare, ſe bene alcuni non sò con che fondamento tengono, che ſia de Iure Diuino, tutta volta la contraria opinione, cioè che ſi ſolamente de Iure humano, è migliore, & più conforme alla Sacra Scrittura, alli detti de Santi Padri, & all'hiſtorie.*

Reſponſio.

Aduerſus primam propoſitionem oſtendimus immunitatem Eccleſię, & ratione perſonarum, & ratione bonorum Eccleſiaſticorum eſſe de Iure diuino, & hoc auctoritate diuinarum Scripturarum, Sacrorum Canonum, & generalium Conciliorum, quorum auctoritas in Eccleſia ſemper magna fuit, & ideo neſcio videre, quomodo opinio contraria ſit verior. Qua propter dicam tantum illud, quod inquit Dionyſius Areopagita Epiſtola 8. ad Demophilum. *Nunc ergo quid ipſi ſentiamus attende: Nefas eſt Sacerdotem à miniſtris, qui te ſuperiores ſunt, atque à tui ordinis, viris iudicari, etiã ſi impius in Diuina eſſe videatur, etiam ſi quid aliud ex his quę interdicta ſunt egiſſe deprehenditur. Nam ſi diſtinctiones ordinesque confundere ſacratiſſimas Dei ſanctiones, & iura transgredi eſt; Omni profecto ratione caret Dei cauſa peruertere traditum diuinitus ordinem. Neque enim in ſeipſum Dei ſermo diuiſus eſt; alioquin, quomodo ipſius ſtaret regnum? Et ſi Dei eſt iudicium, vt Sacra Eloquia teſtantur; Sacerdotes autem Angeli ſunt diuinorum iudiciorũ, continuo poſt Pontificem Magiſtri. Ab ipſis tu diuina congrue, ac ſuo ordine, per medios Miniſtros, cum intempeſtiuum fuerit diſce, per quos etiam cultor eſſe meruiſti.* Hæc ille. Ecce quomodo iſte Sanctiſsimus Pater confitetur. Nefas eſſe Sacerdotes à Miniſtris iudicari, cum hoc transgredi ſit Sanctiſsimas Dei ſanctiones, & iura, confundere diſtinctiones, & ordines, quod fit, cum Sacerdotes à miniſtris, & iudicibus ſæcularibus iudicantur. Sed ad probationes eius accedamus.

Autore.

Perciòche oltre quello, che habbiamo detto nella prima propoſitione, che li Sacerdoti nell'antica legge erano ſoggetti al Principe ſeculare oltre che Salomone priuò Abiatar del Summo Sacerdotio de gli Hebrei, come ſi legge nel terzo lib. de Regi nel cap. 2. Nel tempo della primitiua Chieſa inſino à Iuſtiniano

niano Imperatore, non ſi legge in iure priuilegio alcuno d'eſſentione fatto à gli Eccleſiaſtici.

Reſponſio.

Ad id, quod ait, Sacerdotes, & Leuitas in veteri teſtamento, ubiectos fuiſſe Principi ſæculari ſcilicet Moyſi, patet per ea, quæ dicta ſunt contra quartam propoſitionem, ibi n. monſtratum fuit ex ſcripturis, & Patribus. Moyſen Sacerdotem fuiſſe, & Principē. Et cum eſſet figura Saluatoris noſtri, oſtēdimus ex hoc Chriſtum in Eccleſia apicem vtriuſque poteſtatis reliquiſſe.

Ad illud de Abietar, qui à Salomone abiectus fuit, & loco ipſius Sadoch inſtitutus. Reſpondet Franciſcus de Mayeronis quolib. q. xi. quod illud non fecit Salomon auctoritate propria, ſed auctoritate diuina, quia ibi in 1. cap. dicitur. *Vt impleretur verbum Domini, quod factum erat apud Hely.* Ad id, quod in primitiua Eccleſia non fuit in iure aliquod priuilegium clericorum, ante Iuſtinianum, eſt falſiſsimum. Quoniam Conſtantinus Magnus in Epiſtola ad Auilinum, quam refert Euſebius lib. 10. cap. 7. Hiſtor. Eccleſ. ſtatim quod Baptizatus fuit ab omnibus grauaminibus Reipublicæ immunes declarauit, ſic etiam Theodoſius, vt Couaruuias loco ante citato refert. Quamuis leges illæ non ſint obſeruandæ, vt ab Imperatoribus promulgatæ, ſed quatenus ab Eccleſia ſunt receptæ, & approbatæ, vt notat Inno. in cap. 1. de reb. Eccl. non alien. Panor. Decius, & Feli. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut. Quare probationes iſtæ pueriles ſunt.

Autore.

San Paolo diſſe. Ad tribunal Cæſaris ſtò, Cæſarem appello, & per laſciar gli altri infiniti eſſempij, ſi legge nella vita d'Ottone primo Imperatore Chriſtianiſſimo, che depoſe auctorità propria Giouanni Papa 12. perche era vn'huomo peſſimo.

Reſponſio.

Ad hoc reſpondet Cardinalis de Turre cremata lib. 2. c. 96. ſum. de Eccl. in reſponſione ad tertium dicens. *Cum dicitur quod ad Cæſarem appellauit Sanctus Paulus tamquam ad ſuperiorem, dicimus quod appellauit contra iniuriam ſibi factam ad Cæſarem, tamquam ad ſuperiorem ordinarium, non ſuum, ſed iudicis illius, à quo appellauit, à quo iniurias patiebatur, & ita ratio non procedit.*

Ad illud de Ioanne 12. Papa ab Othone primo Imperatore depoſito dicimus hoc falſiſsimum eſſe. Nam licet Otho à Romanis vocatus, Romam profectus fuiſſet, tamen propria auctoritate

Autore.

Queſta Dottrina non ſolamente è di San Paolo, come hò prouato nella prima propoſitione, ma ancora di San Giouanni Griſoſtomo, di San Thomaſo d'Aquino, di Soto præſtantiſſimo Theologo nella diſt. 39. del 4. lib. delle Sentenze, del Couarruuias Eccelentiſſimo Canoniſta nel Cap. 31. Practicarum Quæſtionum il qual cita à ſuo fauore Innocentio 3. Papa, Alciato, Ferrareſe, Medina, & altri, & queſti doi Dottori, cioè Soto, è Couarruuias ſi deuono in queſto particulare molto ſtimare, per hauer ſcritto l'vno, e l'altro doppo il Concilio di Trento.

Reſponſio.

Quid ſentiat Apoſtolus, D. Griſoſt & D. Thom. aduerſus primam propoſitionem huius Auctoris iam manifeſtauimus; ideo illud omitto, ne fruſtra tempus conteratur. Soto autem quamuis lib, 4. Sentent. diſtinct. 25. quæſt. 3. art 2. teneat, quod Clerici in ſuis perſonis neque in bonis ſint exempti iure diuino, tamen concluſione 6. ait quod Papa potuit, & debuit eos ab exactionibus Principum ſecularium, & foro eorum excipere. Cui quidem exemptioni Principes cõtrauenire nequeunt, niſi hęc priuilegia in tyrannidem vergerent, & probat ratione D. Thomæ. Et in calce art. dicit, quod Rex, qui Reipublicæ prouidere debet, admonere debet Summum Pontificem, vt remedium adhibeat. Quæ quidem verba, contra te faciunt in caſu propoſito. Cum Reſpubica Veneta contra ea, quæ dicit Soto leges condiderit. Falſiſſimum eſt tamen Soto poſt Concilium Tridentinum ſcripsiſſe; nam & ſi fuerit ad Concilium ſub Paulo 3. in primis illis ſeſsionibus; & etiam ſub Iulio 3. vt videri poteſt ex lib. de Natura, & gratia, & ex 4. Sent, Quando tamen ſub Pio 4. Concilium concluſum fuit, e vita deceſſerat, nec vltimum illud decretum vidit. Et ſi vidiſſet numquam contra dixiſſet. Cum ſemper hinc inde in ſuis ſcriptis Summum honorem Concilio præcipuè Tridentino deferat.

Couarruuias quem tanti facis, & ſi ſemper Regie poteſtatis fuerit propugnator, in hac tamen re, licet dicat exemptionem clericorum, & quo ad perſonas, & quo ad bona non eſſe de iure diuino. Veruntamen conc. 3. docet Papam potuiſſe, ac debuiſſe eximere perſonas, & bona Clericorum à regia poteſtate, quod probat latiſsime per Canones, leges Ciuiles; & Doctores & conc. 4. ait, quod Princeps Secularis, vt cumq; ſummus ſit non potent huic immunitati, aut exemptioni proprijs legibus, propria ve auctoritate derogare.

Ex

Ex his apparet, quod & ſi Soto, & Couarruuias exemptionem Clericorum non eſſe de iure diuino affirment, non tamen faciunt hanc conſequentiam, ergo Clerici ſunt ſubiecti Principibus Secularibus, & quo ad bona, & quo ad perſonas, quemadmodum in calce huius propoſitionis tu colligere; & inferre videris. Quæ quidem conſequentia ex dictis Soto, & Couar. à te citatis eſt nulla.

Autore.

Et la loro demoſtratione è efficaciſſima, perche oltre l'auttorità di S. Paolo, di San Gio: Griſoſt. di San Thomaſo, oltre l'vſanza della primitiua Chieſa, apportano ancora duoi argomenti efficaciſſimi, cioè, ſe li Chierici, & li beni Eccleſiaſtici ſono eſſenti de iure Diuino; doue ſi legge queſto Ius? in che Euangelio, in che Epiſtola Apoſtolica, in che libro del nouo Teſtamento, ò ſia ancora dell'Vecchio?

Reſponſio.

Auctor iſte profitetur Theologiam, quæ, cum ſit Scientia ſcholaſtica, ſine logica haberi non poteſt, quam forſam Auctor ignorauit, ſi enim calleret logicam, non argumentaretur ab auctoritate negatiue. Argumentum enim ab auctoritate negatiue nihil probat, vt omnes fatentur ſcientifici. Præterea dico aduerſus primam iſtius auctoris propoſitionem, ex Sacris Scripturis, Clericos eſſe exemptos oſtendimus; quare huic rationi eſt ſatisfactum.

Autore.

L'altro argomento ſi è che niun Principe ſeculare Chriſtiano hauendo la mira alla quiete, & al buon gouerno del ſuo Stato, guarda à queſte; ma laſcia godere all'Eccleſiaſtici quell'eſſentioni, che gli pare, & quelle che non gli pare non permette, che le godano.

Reſponſio.

Si quis rectè perpendat ea, quæ nos de mente Soto, & Couarruuias paulo ſuperius attulimus, ex ipſorum fonte ipſorum apparet, hanc rationem ipſorum non eſſe comperiet, immò nec eſſe poteſt ſine manifeſta contradictione in dictis ipſorum. Cum enim dixiſſent Papam potuiſſe, ac debuiſſe eximere Clericos, & quo ad perſonas, & quo ad bona, immò exemiſſe, à poteſtate Principum Secularium, & quod ipſi Principes huic immunitati derogare non poſſunt; quomodo eſſe poterit, vt dicant, Principes pro arbitrio hanc immunitatem auferre poſſe? Qua de re auctor iſte dici poteſt, & merito Doctorum corruptor, & omniũ Principum Calumniator, cum eos omnes Machiauelliſtas [vt ita dicam] faciat;

Deinde

Deinde dato, & non conceſſo, quod omnes Principes de facto immunitatem Eccleſiaſticam non permittant, niſi vt ad ſtatum eorum conducit. Hæc tamen ratio non concludit. Quoniam non valet hec conſequentia. Principes non permittunt in ſuis dominijs Eccleſię, & Clericorum immunitatem, ac libertatem; ergo hæc immunitas non eſt de iure diuino; ſicut ſi quis argumentaretur. Multi homines colunt Idola, Deum blaſphemant, proximos occidunt, ergo illa præcepta. Vnum cole Deum. Nec iures vana per ipſum. Non occiſor eris, non erunt præcepta diuina, nec de iure diuino obligabunt, ſic eſt in propoſito, ergo nulla eſt ratio eius.

Autore

Et ſe bene alcuni per legge humana intendono il Canone, tutta volta, per quanto ſi caua dalla Dottrina della prima propoſitione; ſi deue intendere il priuilegio del Prencipe, ò la conſuetudine da eſſo Prencipe diſſimulata, ò il Canone riceuuto, il quale non è Supra Ius diuinum, in maniera che, hauendo il Prencipe Secolare la poteſtà ſopra tutti i ſuoi ſudditi de iure diuino non sò, come poſſa queſta poteſtà eſſergli ò ſminuita, ò tolta dal Canone, il qual eſt Ius humanum; per la regola commune de legiſti, che; Quotieſcunq; concurrunt duo iura minus debet cedere maiori.

Reſponſio.

Cum in prima propoſitione monſtratum ſit, priuilegium Clericorum eſſe de iure diuino, de iure naturali, & Canonico, & Seculari, ille diſcurſus vanus eſt, & ſi falſum ſit, quod per ius humanum ſimpliciter intelligatur conſtitutio, ſiue lex Imperialis, & Regia, nec quicquam in prima propoſitione probauit. Et ſi etiam concederemus Principes de iure diuino poteſtatem habere ſuper ſuos ſubditos, nec poſſe minui, nec auferri ab eis, non tamen probat intentum, quod habeant poteſtatem ſuper Eccleſiaſticos. Cum Eccleſiaſtici non ſint eis ſubiecti, vt oſtendimus, & hæc ſint ſatis ad hanc propoſitionem.

Sexta Propoſitione dell' Autore.

MENTRE che il Prencipe di Venetia legitimo, & natural Sig^e del ſuo ſtato, il qual nō hà mai conoſciuto altro Superiore in tēporalibus, eccetto Iddio, fa leggi ſopra li beni Eccleſiaſtici, che ſono ſotto al ſuo dominio, & puniſce le perſone Eccleſiaſtiche ne caſi graui, & attroci, & diſpone ſopra i beni nō ancora paſſati agli Eccleſiaſtici, per l'auttorità, che hà immediatamente da Dio

della

della quale non s'è mai ſpogliato, ò per priuilegio conceſſo, o per Canone riceuuto, anzi che è in poſſeſſo di lei per immemorabile conſuetudine di molti ſecoli, non che anni, non pecca.

Confutatio

Ecce tandem quorſum tantus verborum apparatus in precedentibus propoſitionibus tendebat, vt deduceret, Ducem Venetiarũ nõ recognoſcere in temporalibus ſuperiorem in terris niſi Deum, poſſe leges condere contra bona Eccleſiaſtica, Iudicare, & punire Eccleſiaſticas perſonas, ſine peccato, vt ex hoc in ſequenti propoſitione concludat intentum nempe cenſuras à S. D. N. Paulo Papa Quinto contra ipſum Ducem Venetiarum, nullas eſſe, Sed oſtendamus [& pace eorum dictum ſit] Ducem, & Rempublicam Venetam peccaſſe, dum contra immunitatem, & libertatem Eccleſię leges, & ſtatuta condidere, ſed prius videndum eſt, quid ſit peccatum.

Magiſter ſent. lib. ſecundo diſt. 35. quem ſequuntur communiter Theologi, & Súmiſte, deffinit illud de mente Aug. lib. 22. contra Fauſtum Manicheum cap. 27. quod. *Eſt dictum, vel factum vel concupitum contra legem Dei.* Et Paulo poſt de mente Ambroſij lib. de Paradiſo cap. 8. *Quid eſt peccatum, niſi legis diuinæ preuaricatio, & cœleſtium inobidentia preceptorum?* quod declarans Ricardus lib. 2. diſtinctio 35. ait. *Quod non eſſet peccatum, ſi aliqua interdictio non fuiſſet, quod intelligendum eſt de interdictione per aliquam legem, ſiue ſit lex eterna, ſiue lex naturæ, vel diuina, vel poſitiua, nihil n. peccatum eſt, quod non ſit per aliquam iſtarum legum prohibitum.* Quo in loco Ricardus per legem poſitiuam, intelligit legem humanam, vel ſit Canonica, vel Ciuilis. Hanc ſequitur Angel. verbo peccatum, dum ait, quod. *Quicquid eſt contra preceptum legis diuinæ, vel naturalis, vel humanę eſt peccatum, niſi, vel ratione ſubreptionis, vel modicitatis, vel rationabilis cauſe, quo ad pracepta humana, vel diſpenſationis ſuperioris diſpenſetur.* Quapropter Ioan. Medina C. de rebus reſtituendis q. 12. inquit. quod ſtat, aliquem peccare mortaliter aliquid agendo contra legem Ciuilem, etiam quod iure diuino, vel Canonica non ſit prohibitum. Quare dicere nihil eſſe peccatum mortale, niſi quod lege diuina, vel cononica eſt prohibitum, eſt error.

Nauarrus, quem magnifacit Auctor preludio 9. num. 8. dicit. *Peccatum mortale eſt peccatum contra preceptum diuinum, vel humanum, promulgatum, receptum, & nõ derogatum, æterna pœna munitum, vel contra*

aliquid

aliquid pro tali habitum, vel an tale ſit dubitatum, quod ignorantia, ſubreptio, vel paruitas rei, aut diſpenſatio iuſta, vel cauſa iuſta quo ad legem humanam, ab eo non excuſat, vel contra diuinum Conſilium contemptum, vel contra ſalutẽ animæ proximi ſpretũ, vel ob finem malũ, Vel in quo finis vltimus ponitur. Hęc ille, quam diffinitionem ponit etiam cap. 23. Poſtmodum declarãs particulas in diffinitione poſitas ait. *Dixi contra præceptum diuinum vel humanum, vt comprehenderẽ precepta naturaliter diuina diuina poſitiua, & humana, que tria poſſunt obligare ad mortale. Diuina quidẽ ſiue naturalia, ſiue poſitiua iuxta illud Pſal. 118. Maledicti qui declinant a mandatis tuis, & illud Pſal. 88 ſi iuſtitias meas prophanauerint & mandata mea non cuſtodierint. Lex vero humana iuxta c. 2 de maio. & obed. ſi modo ſit promulgata, recepta, & nõ derogata, in totũ vel pro parte, & in c. 23 num. 4. vbi affert eandem diffinitionem, quo ad legem humanam, & declarans quid per legem humanã ipſe intelligat, inquit. Dixi legem humanã & non Canonicã, quia etiam contra Sacularem poteſt mortaliter peccare iuxta glo. recept. in cap. Quæ in Eccleſiarum de conſtit. Dicit etiam quod iuſta cauſa eſt illa, ob quam legiſlator, ſi vidiſſet, Eum pro excuſato haberet arg. glo. ſingul. & communiter receptæ in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pactis. Quia & cauſa, quã quis bona fide putat iuſtam, etiamſi omnino iuſta non ſit, excuſat à mortali, licet à non veniali, vt eleganter dixit Caiet. 2. 2. q 143. art. 3. poſt alios non citatos ab eo.* Hæc Nauarrus, & multa alia & concordant omnes.

Ex his omnibus, igitur, habemus, quod peccatum eſt aliquid dictum vel factum cõtra legem diuinam, vel naturalem, vel Canonicam, ſiue Eccleſiaſticam, vel etiam ſecularem; ſi humana iuſta fuerit, & recepta, & non abrogata &c. His ſic cõſtitutis aggrediamur probare cõtra hũc Auctorem, Ducẽ, & Rempublicã Venetam peccaſſe cõdendo leges, & decreta cõtra libertatem Eccleſiæ. Qui facit contra mãdatum diuinum poſitiuum, vel naturale, & cõtra leges Eccleſiaſticas, ſiue Sacros Canones peccat mortaliter, vt ex antedictis patet, ſed in ſuperioribus, contra nempe primam propoſitionem oſtẽdimus exemptionem Clericorum, & quo ad perſonas, & quo ad bona ipſorum eſſe de iure diuino, naturali, & Canonico, ergo faciens leges, & ſtatuta contra huiuſmodi immunitatem, & exemptionem peccat mortaliter, ſed vt ex monitorio, S. D. N. Pauli Papæ Quinti apparet, has leges, & decreta tulerũt cõtra libertatẽ, & immunitatem Eccleſiæ, ergo mortaliter peccauerunt.

At qm̃ Auctor iſte dicere poſſet, ea, quæ cõtra primam propoſitionẽ dicta fuere, etſi aliquid probant, de bonis ſolum quæ iam ad

Obſeruantur quoque, quoniam fundatę ſunt ſuper ius, & rationem naturalem, quæ lex diuina eſt, vel ſaltem ipſam reſpicit, eo quia, quando leges non ſunt poſitę, ad rationem naturalem recurendum eſt; vt Panor: Fel: & Dec. probant in dic. cap. Eccleſiâ Sanctę Mariæ de conſtitut. Fideles igitur omnes liberi ſunt, vt bona ſua, quoquo modo vel in toto, vel in parte Eccleſiæ relinquere, & donare poſsint.

Præterea, ſi quilibet liber non eſſet, vt facultates ſuas Eccleſiæ relinquere poſſet, non opus erat, vt Eccleſia determinaſſet, quod teſtamentum non ſtipulatum ad Pias cauſas, corã duobus teſtibus factum, validum eſſet. Ad quid enim hanc ferre conſtitutionem, ſi fideles liberi non eſſent, vt bona ſua Eccleſiæ relinquere non poſſent? Sed quod teſtamenta non ſtipulata ad cauſas Pias valida ſint habetur in cap. Cum eſſes, cap. Relatum el 1. de teſtam. & eſt communis ſententia Canoniſtarum. ibidem Inno. Hoſt. Io. And Auto: de But. Panor. & aliorum Archi. Flor. 3. parte tit. 10. cap. 3. §. 4. Syl. verb. immunitas num. 15. verb. legatum 4. §. 9. & verb. teſtamẽtum, 1. §: 7. Tabiena verb. teſtamentum num. 6. Addit Syl. hoc verum eſſe, etiam ſecundum communem opinionem legiſtarum; etiam ſi teſtes illi eſſent mulieres, & in terris Imperio ſubiectis, quoniam in caſu ceſſat ſolemnitas legis poſitiuę, & ſufficit ſolemnitas legis diuinę, & iuris gentium.

Quod leges & ſtatuta laicorum impedire nõ poſsint, quin bona ipſorum Eccleſiæ non relinquantur, eſt ſententia Panor. & aliorum communis cap. Relatum el 1. de teſtam. & alibi, ſicut videri quoque poteſt apud Ang. Syl. & Tab. locis citatis. Quapropter Dec. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. ait, quod omnes leges & ſtatuta dicũtur eſſe contra Eccleſiæ libertatem; quæ ſunt cõtra Priuilegia à Deo, vel Papa, vel Imperatore, Eccleſiæ conceſſa. Et hęc ſententia eſt Inno. in cap. Nouit de ſent. excom. quem ibidem ſequuntur. Hoſt. Io. And: Petrus de Per. Abb. & communiter Canon, & multi iuris periti C. de Sacr. Sãct. Eccl. & C. de Epiſ & cler. Ecce igitur quod nõ ſolum bona, quę iam ad Eccleſiam trãſierunt exempta ſunt à ſtatutis & legibus Principum ſæculariũ; ſed quilibet etiam libere, bona ſua, & facultates ſuas vel per teſtamẽtum, vel per donationem inter viuos, vel quocumque alio modo Eccleſiæ relinquere poteſt. Et quod ſtatuta, & leges cõtra huiuſmodi priuilegia, conditæ ſunt cõtra Eccleſiæ libertatem; & per cõſequẽs

 mortali-

tore ragioneuole contra il torrente, non è peccato, come ben proua il Nauarro ne ſuoi preludij, dunq́, non ſarà peccato ſeguitare la Dottrina di San Paolo, & di tanti, & così ſegnalati Dottori, allegati nella prima, & nella quinta propoſitione.

Reſponſio.

R. Nauarrus cap. 27. num. 285. declarans ſe ipſum ait, hoc verum eſſe quando illa opinio habet textum, cui non poteſt ſatis bene reſponderi; Cuius modi non eſt hæc tua opinio. Immo poſt Decreta Conciliorum generalium videtur ſuſpecta. Et ſi aſſertores illius opinionis Decretum Concilij Lateranenſis, & Tridentini animaduerterent, forſan illam non ſequerentur. Quod autem hæc ſit Sententia Apoſtoli ad Rom. cap. 13. & Griſoſt. ibidem in Commentarijs, hoc eſſe falſum contra primam propoſitionem manifeſtauimus. Eſto etiam Clericos non eſſe exemptos de iure diuino, ſunt tamen ita exempti, & immunes de iure Canonico, ſiue Eccleſiaſtico, ſicut dicunt Soto, & Couarruuiate allegati, quod omnes Principes ſimul non poſſunt eis derogare. Quadere Sententia tua nõ poteſt aliquo modo defendi, quin reſpublica Veneta non peccauerit condendo leges, & ſtatuta, contra immunitatem, & libertatem Eccleſię, & Clericorum, & quo ad perſonas, & quo ad ipſorum bona.

Autore

Anzi à dire il vero, non poſſo ſcuſar quelli, che tengono l'opinione, che l'eſſentione Eccleſiaſtica ſia de iure diuino, parendomi hora poco fondati, hora poco auueduti, hora troppo arriſchiati, & hora troppo adulatori.

Reſponſio.

R. Quis non videt Auctorem hunc, dũ calumniatur eos qui exemptionem Clericorũ eſſe de iure diuino aſſirmant, dicens; nunc eos parum eſſe fundatos, nunc parum ſagaces, nunc nimis audaces, & nunc nimis adulatores. Sacror: Canon: & Concil. generalium factum eſſe contemptorẽ manifeſtũ? & de hęreſi ſuſpectum? Hæc .n. ipſius aſſentio eſt temeraria, iniurioſa, male ſonans, ſcandaloſa, piarum aurium offenſiua, ſeditioſa, & ſchiſmatica. Cum nec auctoritate, nec ratione efficaci poſſi probari, detrahit etiã ſtatui tantorum doctiſsimorum virorum, immo ipſis Sacris Canonibus & Concilijs. Quę decreuerunt immunitatem, & exemptionem Cleric. eſſe de iure diuino, & hæc contra hanc Sextam propoſitionem dicta ſufficiant.

Set-

Settima Propoſitione dell'Autore.

MENTRE che la ſereniſſima Signoria non è colpeuole, ne fà peccato alcuno, in far quello, che ſ'è detto nella propoſitione precedente. Se è dal Sommo Pontefice Paolo Quinto nel breue delle Cenſure da lui publicato Scommunicata, ſe i luoghi ſacri ſono interdetti &c. E nulla la ſua ſentenza, non ſolamente de iure poſitiuo, per non eſſerſi ſeruato l'ordine preſcritto dal Canone de ſent. Excom. in 6. come ſi legge nel manifeſto, ma ancora de iure diuino. percioche l'autorita di ſcommunicare è conditionata. Si peccauerit in te frater tuus: ſi che doue non e peccato, non ha luogho la ſcommunica, & la ſentenza fulminata contro di chi non ha peccato è nulla ex defectu materiæ.

Confutatio.

Iſte Auctor in hac propoſitione propoſitum, & intentionem nobis aperit, & manifeſtat, videlicet ſententiam excommunicationis, & interdicti publicatā à S. D. N. Paulo Papa Quinto eſſe ipſo iure nullam, & hoc ex duplici capite, & de iure diuino ex defectu materiæ. Cum Reſpublica Veneta non peccauerit, & de iure poſitiuo cum non fuerit Seruatus Ordo Canonis de Sent. excom. in 6. qua de re Sententia ſic lata, eſt ipſo iure nulla. Sed hanc Sententiam non eſſe ipſo iure nullam ex primo capite, manifeſtum eſt ex impugnatione pręcedentis propoſitionis, in qua oſtendimus Ducem & Rempublicam Venetiarum condentes leges contra libertatem, & immunitatem Eccleſiæ Clericos carceribus mancipantes, peccaſſe: Non deficit igitur materia excomunicationis ſilicet peccatum mortale, & grauiſsimum. Oſtendamus ex 2. capite ſilicet de iure poſitiuo ipſam non eſſe nullam, ſed validam. Dicit enim Auctor iſte, quod non fuit Seruatus Ordo à Canone pręſcriptus de Sent. ex com. in 6. quod quidem falſiſsimum eſt, At pro notitia iſtorum obſeruandum eſt, quod iſte eſt ordo, qui in 6. præcipitur obſeruandus; nam in cap. Cum medicinalis pręcipitur, vt ſententia in ſcriptis redigatur. In cap. Solet. mandatur, quod nemo poſtquam appellatum fuerit, excommunicetur. In cap. ſtatuimus præcipitur, quod excommunicationem præcedat Canonica monitio.

Notandum eſt duplicem eſſe Sententiam excommunicationis vnam ab homine, alteram à iure. Excommunicatio à iure eſt, duplex quædam atq; Sententię, quædam verò in generali, & commi-

nato-

natoria, vt tradunt omnes Doctores. Ad excommunicationem comminatoriam à iure requiritur monitio Canonica, quia ſi à delicto reſcipiſceret, & non eſſet contumax, non eſſet excommunicandus, vt omnes docent. At ſi excommunicatio ſit à iure latæ Sententiæ monitio non eſt neceſſaria. Hanc concluſionem probat Suarez. lib. de Cenſuris in communi diſput. 3. Sect. 8. primo quia ipſa lex ſufficienter admonet; non ſemel, atque iterum, ſed quaſi continue. Vnde omnino ceſſat ibi ratio, vel neceſsitas alterius monitionis. Ratio enim præcipua propter quam à iure requiritur monitio eſt, tum propter pœnæ grauitatem, tum maxime, quia iuxta Eccleſiæ morem, non fertur niſi in contumacem, aliquis vero non cenſetur contumax, niſi prius admonitus, non obedit, ſed qui non paret legi præcipienti ſub cenſura ipſo facto incurrenda, ſatis eſt contumax, quare non indiget alia admonitione. Probatur 2° quia ſi præter legem admonentem alia eſſet neceſſaria admonitio, non poſſet delinquens de facto cenſuram incurrere, contra legum intentionem, quoniam lex ſtatim ligare intendit per illa verba latæ Sententiæ, vel equiualentia, conſequentia eſt manifeſta, quoniam ſi poſtquam lex violata fuerit, alia monitio neceſſaria eſset requiſita, & admonitus reſcipiſceret, non contraheret cenſuram, igitur non contrahebatur iure ipſo. At ſi monitus non reſcipiſceret, & contraheret cenſuram, non tam propter legem violatam, quam propter contumatiam non reſcipiſcendo, illam contraheret, & ideo lex ipſa ſatis admonet, cum non ignorat lex, quia tunc ignorantia excuſaret. Hec etiam eſt ſententia Io: de Ligna: in tract. de cenſuris Eccleſiaſt. Hoſt. in cap. extirpande §. qui uero, de Preb. vt referunt Syl. excom. 7 num. 57. & Tab. excom: 2. num. 1. qui ait, quod quando pœna ponitur negatiue, ſine appoſitione temporis non incurrit excomunicationem niſi precedat monitio, at ſi pœna ponatur affirmatiue incurrit ſine alia admonitione requiſita, quam ſequitur Pan. in cap. excommunicationi de rap. Angelus excommunicatio 1. num. 1. Syl. excommunicatio 2. num 12. & excom. 7. num. 57. Tab. loco allegato Henriquez lib. 13. de excom. c. 17. § 3. in fine Suarez. loco allegato, & Gregorius Sayr. lib. Theſauri Theolog. moralis lib. 1. cap. 12. num. 6. qui etiam dicit, hanc eſſe communem Doctorum.

Notandum eſt quoq; quando fertur excommunicatio ab homine pro culpis præteritis, vel præſentibus neceſſario, requiritur moni-

monitio, & ſic intelliguntur omnia iura. vt inquiunt allegati Doctores. Si autem ferratur excommunicatio generalis pro futuris culpis. quando fertur per modum ſtatuti, vel iuris, Tunc non requiritur monitio, ita docet Felin. in cap. cum ſit Romana num 21. verſic. 14. & in c. Sacro nũ. 8. verſ. Tertio limita de Sent. Excom. Io. And. poſt. Hoſt. ibi in cap. P. & G in verſiculo excommunicationis de offitio deleg. & ibi Imola col. S. Couar. in cap. Almà mater p. p. §. 9. num. 5. verſic. Trina vero de Sent. excom. lib. 6. Syl. Tabiena, Suarez. & Sayr. locis citatis, qui Sayr. dicit eſſe communem, & ratio eſt iam allegata, quia vnuſquiſq; ſatis cenſetur admonitus ab ipſa lege, quæ ſemper ad monet, ne quis contra faciat.

Notandum quoq. venit, quod nõ eſt neceeſſaria monito. quãdo fertur excommunicatio pro delictis notoriis, ita docet Felin. in cap. Sacro de ſent. excom. arg. cap. de manifeſtis 2. q. 1. & cap: Euidentia de accuſat. cum aliis, que adduci ſolent ad probandum non eſse neceeſsariam citationem in notoriis. Vnde, & Apoſtolus Paulus p. Cor. cap. 5. qoad etiam refertur de appellat. cap. cum ſit Romana; Fornicatorem illum abſentem, & non admonitum excommunicauit. Eiuſdem ſenten. ſunt Anton. in cap. 1. num 14. de iudici, & in cap. venerabilis col. 4. de cenſib. Inn. & Hoſt. in cap. 1. de offic. deleg. lib. 6. & ibi Domini, col. 3. Credo tamen. hunc caſum ſic ſimpliciter non eſse admittendum. Quoniam fieri poteſt, vt factum, & delictum ſit notorium, quia manifeſte conſtat factũ illud ab aliquo fuiſſe comiſſum, nõ tamen nõtorie conſtat, eum qui delictum comiſit, pro delicto ſatisfacere uolle, & cũ excommunicatio, non niſi pro contumacia ferratur, de contumacia vero conſtare non poteſt, niſi præcedat monitio, & ideo neceſſario requiritur, vt præcedat monitio.

1. Ad hoc igitur, vt in notorijs non ſit neceſſaria monitio requiritur, quod factum ſit notorium, & notorie conſtet eum, qui delictum commiſit ſatisfacere nolle. ſic docet glo. in cap. Cum ſit Romana in verbo irrequiſitum de appellat, & ibi Pan. num. 32. & Inn cap. Sacro de Sent. excom Decius in cap. 1. num. 34. de iudic: Couarruuias in cap. Alma mater p. par. §. 9. num 6. verſic. & hęc quidem de Sent. Excom. lib. 6. Sayr. libr. 1. Theſauri Theologiæ moralis cap. 12 num 17. Ad illud Apoſtoli, reſpondere poſſumus, quod alias admonuit, & ad pœnitentiam, vnde iam contumacia eius erat notoria, & manifeſta, & ideo non erat neceſſaria alia

monitio

131

monitio, hoc pacto reſpondent glo: Pan. & Couar. locis allegatis cum excommunicatio, ſine alia admonitione in contumacem notorium ferri poſsit.

Notandum eſt etiam, quod etſi regulariter hæc monitio perſonaliter fieri debeat, vel ſaltem ad domũ habitationis, tamen quando reus impedit, ne fiat hæc admonitio, tunc ſatis eſt, vt admonitio fiat in Eccleſia Cathedrali ipſius loci, vt docet Sayr loco citato de mente aliorum Doctorum. At Paulus Burghaſius in tract. de irregularitate, & diſpenſat par: 6. de publicatione excõmunicationis pagina mihi 357. ait quod in Romana curia affigitur in aciæ Campi Flore, vel valuis audientiæ, aut ad limina Apoſtolorũ per publicũ curſorem &c. Sic etiam docet Syl. verbo excom. vltimo num 4. Immo vt patet ex Concilio Lateranẽſi vltimo ſeſſ. 4. in monitorio contra Pragmaticã regiã in Gallijs promulgato, habemus, quod cũ ad illas partes, contra quos mittendũ eſt, & publicãdũ monitoriũ, tutus non pateat acceſſus, p edictũ publicũ, in valuis Eccleſiarũ quę magis ſunt ꝓpinquæ affigendũ, reus, vel rei ſunt ad monendi, & ſufficit admonere, ſicuti nunc factum fuit.

Eſt præterea aduertendum quod, etſi Summus Pontifex ex naturali obligatione teneatur ad commune bonũ tuendum, ad conformitatem, ſeu propenſionem debitam capitis cum corpore, ſuas leges, & Sacros Canones obſeruare. Attamen ipſe non ſubiacet Canonibus, & Concilijs. Nam auctoritas Canonum, & Conciliorum à Summo Pontifice dependet, & deriuat, ergo illis non ſubijcitur, conſequentia eſt nota, nam alienum eſt à ratione vt quis legibus illis obligetur inuitus, & coactus, qui legibus ipſis vim, & auctoritatem tribuit, & impartitur. Vnde Iuris periti dicunt, Principem ſolutum eſſe a legibus. Quod confirmatur auctoritate Paſchalis Papæ Panormitano Epiſcopo, vt habetur extra de Elect. cap. ſignificaſti, vbi dicit. *Quod Concilia per Romanæ Eccleſiæ auctoritatẽ facta ſunt, & robur acceperunt, & in eorum Statutis Romani Pontificis patenter excipitur auctoritas*, vbi glo: *Excipitur auctoritas 3. q. 7. Dudum & in cap. peregrina, & in iuramento auctoritas Papæ ſemper intelligitur excepta de reſcrip. conſtitutus, & infra de iure iur. venientes & ff. ad municipal. l. Imperatores, & glo: Hoſt. dicit. Tamq̃ ſuperior 9. q. 3. cuncta per mundũ, ergo inferior nõ poteſt ei legẽ imponere, ei infra, de maio. & obed. cũ inferior.* Hęc Hoſt. Et corroborari poteſt extra ead. cap. Innouit, vbi Inn. 3. declarat Canonem Concilij vniuerſalis etiam per Papam confirmatum non ligare ſic inquiens.

Quamuis autem Canon Lateranenſis Concilij ab Alexandro Papa prædeceſſore noſtro editus qui illegitime natos adeo perſequebatur quod electionē talium innuit nullam eſſe, nobis tamen per eum adempta non fuit diſpenſandi facultas, cum ea non fuerit prohibentis intentio, quā ſucceſſoribus ſuis nullum potuit in hac parte præiudicium generare, pari poſt eum, imo eadem poteſtate functuris. Cum non habeat Imperium par in parem. Non ligatur igitur Summus Pontifex, legibus, & Statutis Concilij generalis, & Canonum, & ſi ea obſeruat, non neceſsitate obſequendi, ſed vt à ſe condita alijs non condemnanda demonſtret vt 25. q. 1. cap. Ideo colligitur. Hoc etiam docuit Couar. cap. Alma mater par. 1. §. 1. num. 3. Iaſon in l. 1. de conſtitut. in princ. Puteus tract. Synod verſic. & inquantum. D. Thom. 2. 2. q. 60. q. 69. art. 2. q. 70. art. 1. 3. p. q. 46. art. 2. Soto de iuſt. & iur lib. 5. q. 1. art. 3. Poterit igitur Summus Pontifex excommunicationem ferre abſq; præuia monitione. Non enim eſt tam intrinſecum Cenſuræ, vt propter contumaciam ab Eccleſia ferratur, quin poſsit etiam propter ſimplex delictum ferri de abſoluta Pontificis Summi poteſtate, & auctoritate.

Aduertendum eſt etiam, quod regulariter ſi ferratur excommunicatio, non præmiſsa Canonica admonitione licet Sententia ſit iniuſta, tamen valida eſt, ex communi Doctorum Sententia, Sic glo. in humana 2. q. 1. & in cap. repræhenſibilis in verbo proferant, & ibi Panor. num. 13. de appell. & glo. in cap. Sacro, in verbo iuſta fuerit, de Sent. excom. & in capit. 1. in verbo ſine ordine iudiciario, & ibi Pan. num. 3. de exceſſib. prælat. glo. in cap. Romana in verbo iniuſtas de Sent. excom lib. 6. Syl. verb. excom. 2. §. 1. & 3. Tabię. ibidem. Couar. cap. Alma mater 1. par. §. 9. Nauarr. in manuali capit. 27. num. 11. & lib. 5. conſil. de Sent. excom. conſil 4. & Sayr. lib. 1. Theolog. moralis cap. 12 num 26. & alij quos ibi allegat & ſequitur.

Cum igitur hęc tria requirantur ad Sententiam excommunicationis ex ordine ferende in 6. videlicet ꝙ in ſcriptis ferratur, & ibi cauſa explicetur, quod nullus poſt appellationem excommunicetur, & præcedat Canonica monitio, & hęc omnia ſint obſeruata à S. D. N. Paulo Quinto; [& ſi ordinem hunc obſeruare non teneretur, vt ſupra probatum eſt] excommunicatio erit valida, & ligabit, nec erit ipſo iure nulla, vt dicit Auctor iſtę. Sic etiam Sententia Interdicti iuſta, & valida eſt, vt in proprio tra-

ctatu contra Septem Theologos dicemus. Quod autem hęc omnia ſint obſeruata ex monitorio apparet, quod in ſcriptis, vna cum cauſa expoſitum eſt. Facta eſt trina monitio 24. dierum, quorum octo sũt pro pº. termino, alij octo pro 2º. & vltimi octo pro vltimo termino, & peremptorio, ad fuit contumacia, non fuit appellatum, nec appellari potuit, vt contra Gerſonem probabimus.

Autore.

Non ſia alcuno tãto groſſo d'intelletto, che penſi, che ſe bene la Signoria Sereniſſima come ſi ha prouato, non hà peccato ne pecca ritenendo quod ſuum eſt, pecchi nulla dimanco, non volendo vbidire al Pontefice, & eſſere perſiſtente nella ſua opinione, perciochè la coſtanza in vna bona opinione non è oſtinatione, & chi non hà peccato, non deue dirſi diſubidiente, ò oſtinato, poiche, chi oſſerua la legge, fà operatione ſantiſſima, & meritoria, & chi non obediſce, in quelle coſe, che non poſſano eſſerli comandate, non comette peccato alcuno.

Reſponſio.

Auctor iſte ſemper ſuppoſito, & fundamento innititur falſo, videlicet Rempub. Venetam [& ſi leges contra libertatem Eccleſię condiderit, & ſi Clericos carceri mancipauit] non tamen peccaſſe, imo leges obſeruaſſe, & opus ſanctiſsimum, meritoriumq; feciſſe. Quod quam falſiſsimum ſit, non eſt neceſſarium, vt repetamus, cum hæc omnia, ſupra ſint à nobis improbata. Quare concludimus nos, Sententiam excommunicationis, & Interdicti à S. D. N. Paulo Quinto in ipſam Rempublicam latam, iuſtam, & validam eſſe, & eos ligare. Nec Doctrina iſtius Auctoris illis prodeſſe poteſt.

Ottaua Propoſitione dell' Autore.

E vero che San Gregorio Papa dice, che Sententia Paſtoris iuſta, ſiue iniuſta timenda. Ma non fà il caſo queſta ſentenza, perciochè è gran differenza fra la ſentenza del giudice Eccleſiaſtico, che è ingiuſta, & quella ch'è nulla, come dottiſſimamente afferma il Nauarro de Cenſuris Eccleſię cap. 27. & il Sato 4. ſent. diſt. 22. & che l'ingiuſta ſi deue temere, ma che la nulla nõ ſi deue oſſeruare; Per tanto eſſendo le cenſure publicate dal Sommo Pontefice Paulo Quinto, come s'è detto, nulle, perche ſono come vna ſcrittura formata nell' aqua, e nell'aria, cioè ſenza ſoſtegno, & ſenza materia, ſon di parere che non dobbiate oſſeruarle, & che non dobbiate inouare coſa alcuna nella noſtra Chieſa.

Reſponſio.

Colligit tandem Auctor iſte concluſionem ex principiis,& fundamentis iam in aliis propoſitionibus poſitis, & ſicut principia, & fundamenta eius ſunt falſa, ita falſa eſt concluſio, cum ſecundum regulam Ariſtotelis ex principiis falſis, non ſequatur niſi falſum; Dicit igitur quod cum ſententia excommunicationis a Summo Pontifice lata in Ducem & Rempub. Venetam ſit ipſo iure nulla, ſic & Interdicti, ideo non eſt timenda, qua propter Clerici Veneti, & in dominio degentes,debent ſacra facere, diuina officia celebrare, & omnia alia, que ad diuinum cultum ſpectant ſicuti ſi non eſſent hec interdicta:Quod tamen vt diximus falſiſsimum eſt. Si enim excommunicationis interdictiq. ſententia iuſta, & valida eſt, vt oſtenſum fuit, ideo ab omnibus eſt obſeruanda, & timenda. Cauere quoque debent ſacerdotes, & alii Clerici, ne interdictum Eccleſiaſticum violent, ne Deum, & animam ſuam offendant penaſq. canonicas incurrant.

Preterea illud quod ait, ſententiam, que ex deffectu materie, & cauſe, eſt ipſo iure nulla, non ligare, falſum eſt,quando cauſa eſt legitime probata,quoniam & ſi tunc non ligat in foro conſcientie & apud Deum; ligat tamen, & eſt obſeruanda in foro exteriori, vt docet Nauarrus loco a te allegato, & eſt cõmunis ſententia, licet Soto lib. 4. ſent. diſt. 22. art. 3. contradicat, vt nos magis diffuſe contra Gerſonem probabimus. Cum igitur in preſenti negotio fuerit vera cauſa, & vera materia, nempe peccatum, & grauiſsimum, ſeruatuſq. fuerit ordo, ſequitur ſententiam excommunicationis, & Interdicti a S. D. N. Paulo Quinto, nec in aere nec in aqua eſſe fundatam, ſed in fundamento firmiſsimo,ac ſtabiliſsimo: ideo eſse iuſtam, & timendam, contemptoreſq. pœnis afficiendi.

Autore.

Perciochè ſe bene il Nauarro nel loco citato ragionando della ſcõmunica inualida e nulla, dice queſte parole. Sententia, s'intẽde del giudice Eccleſiaſtico, inualida, ſeu nulla, nihil aliud operatur in foro interiori, ſiue exteriori, quam quod obligat excommunicatum, ad ſeruandum eam, quodd populus ſibi perſuadeat, vel perſuadere debeat cauſas nullitatis, propter ſcandalum. Tutta volta queſta dottrina è molto a mio fauore, perciochè conſta a tutto il populo di Venetia la cauſa della nullità, & ſe ad alcuno non conſtaſſe, doueua eſſerli manifeſta per quello che hà fatto intendere a tutti nel ſuo editto il Sereniſſimo Principe.

Reſponſio.

Quamuis Doctrina Nauarri, & aliorum ſit vera quod excommunicatus iniuſte, ex falſa cauſa in iudicio tamen legitime probata, propter ſcandalum ſententiam excommunicationis obſeruare debet. Dico tamen, hanc Doctrinam, nihil tibi ſuffragari, quia populo Veneto non conſtat, nec conſtare poteſt de cauſa nullitatis, nec per Edictum Principis. Quoniam quod non eſt, ſcire, & conſtare non poteſt; ſed nulla eſt cauſa nullitatis ſententiæ publicatæ excommunicationis, & interdicti à S. D. N. Paulo Quinto, cum ibi ſit vera cauſa nempe peccatum, & grauiſſimum, igitur Populo Veneto cauſa nullitatis conſtare non poteſt. Et quando dicis quod Princeps manifeſtauit; ſpectat ne ad iudicem, vel ad reum cauſam explicare, an iuſta, vel iniuſta ſit? Præterea ad Pontificem Summum pertinet declarare, an aliquid ſit malum, & peccatum nec ne; Cum ipſe ſit iudex ſupra peccatum, vt & tu ipſe in quarta propoſitione faſſus es, nihil igitur probas; & tibi ipſi non conſtat.

Autore.

Di maniera che non ſolamente, non ſi deue temere lo ſcandalo; Anzi, vi dico, che io non poſſo ſcuſare certi religioſi; li quali, ò ſia nato il ſuo errore da poco ſapere, ò da altro ſiniſtro affetto. Hanno eletto più toſto partirſi dalla Città, che ſeguitare à miniſtrare i Sacramenti, & celebrare, come per lo ben publico & della religione loro, veniua dal Principe ordinato. Il che facendo hanno ſcandalizato tutti; perche, ipſi ſibi fuerunt lex; & non hanno voluto pigliar l'eſſempio dalla Chieſa Cathedrale, e da tutte l'altre Antichriſſime, & ſantiſſime religioni, & da tutte le parochie à quali dico con Chriſto, che expediret, ut ſuſpenderentur mole aſinaria in colla eorum, vt non ſcandalizarent puſillos iſtos.

Reſponſio.

Religioſi, & Sacerdotes, qui ab illa ciuitate vt Summo Pontifici obtemperarent, fugerunt, & in dies fugiunt, excuſatione non indigent. Et ſi qui ob eorum fugam ſcandalizati ſunt, ſcandalum eſt pſiuum, & acceptum non datum, nec actiuum; & hoc quia ceci ſunt, & duces cecos habent; & ſi cecus cecum ducit, ambo in foueā cadunt. Quapropter magis expediret Clericis omnibus, tam ſæcularibus quam regularibus; qui alios errare faciunt, omnibus dimiſsis, S. R. E. & Summo Pontifici, præceptis obtemperare.

Autore.

Autore.

Oltre che il defendere la libertà del ſuo Principe naturale, il qual mantiene & conſerua nel populo la pace, la libertà, la religione, è de iure naturæ cioè diuino; & le ſentenze Eccleſiaſtiche ſono de iure poſitiuo, il qual deue cedere à quello, molto più, quando conſtat de nullitate.

Reſponſio.

Ad hoc manifeſte apparet reſponſio, quoniam ſi tueri debemus Principis ſæcularis libertatem de iure diuino, tanto magis libertatem, & immunitatem Eccleſiæ, quæ vt ſupra monſtratum fuit eſt de iure diuino. Amplius quando, inquit, leges Eccleſiaſticas eſſe de iure humano. Dicimus nos, quod ſi in ſe conſiderentur, vtique ſunt humanæ, ſi vero conſiderentur ratione poteſtatis quam habet Eccleſia, & Summus Pontifex; ſunt de iure diuino. Math. ca. 16. *Quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum, & in cœlis & quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum, & in cœlis.* & Math. cap. 18. *Quæcumque ligaueris ſuper terram &c.* Et qui ſpernit huiuſmodi leges ipſum Chriſtum ſpernit. *Qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me* ſpernit, Luce cap. x. Quare ex hac ratione non concluditur Cenſuras Eccleſiaſticas eſſe ſpernandas.

Autore.

Onde alcuni s'ingannano, con penſar che queſta controuerſia ſia de fide, poiche è ſolamente de moribus. Et ſe alcuna è eſpreſſa nella Sacra Scrittura il che faccia il negotio de fide, è l'opinione della Sereniſſima Signoria la quale è eſpreſſamente inſegnata da San Paolo.

Reſponſio.

Nulli dubium eſt materiam hanc principalem ad fidem non pertinere, ſed tu, qui Ducem, & Rempublicam Venetiarum tueris multos errores circa fidei materiam implicas. Nec aliquid probas Auctoritate Apoſtoli, vt contra tuam primam propoſitionem oſtendi & ideo magis ſeducis, quam doceas Populum Venetum à te, tuique ſimilibus deceptum.

Autore.

Si che Signor mio ſeguitate pure à celebrare, a Communicare, & far tutto

quello,

134

quello, che nella Voſtra Chieſa prima della publicatione delle dette cenſure facenate, non ſolamente perche, mi ſcriuete d'eſſere riſoluto di farlo: ma ancora per euitare lo ſcandalo; non ſolo perche ſententia nulla minime eſt obſeruanda, cum conſtat de nullitate. Ma ancora, per non ſepararui dal voſtro capo, che è il Principe nelle controuerſie della giuriſditione, ſenza alcuna ragione. Anzi ſon di parere, per la medeſima ragione. Che chi non à ſcoltara la meſſa al manco il di di Feſta fara peccato, percioche la laſciarà ſenza cauſa alcuna legitima, eßendo la ſentenza nulla; & celebrandoſi per tutto. Noli agnoſcere timorem, vbi non eſt, timor noli trepidare, vbi timor non eſt.

Reſponſio.

En videte, quomodo hæretici in Anglia morantes. & Regem illum tamquam caput Eccleſiæ Anglicane prædicantes, de Auctore iſto merito dicere poſſunt, quod Ioan. Euangeliſta de illis primis hæreticis dicebat. Ex nobis exiit, cum faciat Ducem Venetum caput clericorum, & Sacerdotum ſicut Henricus 8. Anglorum Rex, & poſt Elibeth eius filia, qui ſe inſcripſerunt Eccleſię Anglicane caput, quod numquam alias à ſæculo erat auditum. Hortatur deinde Sacerdotem illum ad celebrandum, & alia Sacramẽta miniſtrandum, inquiens, quod, qui in Dominio illo miſſam non audierit ſaltem in feſtis diebus mortaliter peccabit. Non aduertis per Prophetam vbique clamare Deum. *Obedientiã magis volo quã ſacrificiũ?* & 1. Reg. cap. 15. Samuel. dicit. *Numquid vult Dominus Holocauſta, & victimas? & nõ potius, vt obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia quam victimæ.* Laudat tandem Eccleſiaſticos, vt pro Principe ſæculari vitam, & ſanguinem fundant; & Eccleſiaſticas cenſuras contemnant, ſemper falſo illo inherens fundamento, quod ſ. ſententia excõmunicationis, & intendicti ſit inualida & nulla. Hortatur deinde Sacerdotẽ illum, vt det operã doctrinæ Nauarri & in cap. Nouit. de iudicijs notabili 3. & in Manuali capit. 27. de Cenſuris. Quam quidem Doctrinam ſibi ſuffragari affirmat. At qui attente Doctrinam Nauarri conſiderabit, oppoſitum inueniet. Et tandem adhortatur, vt ſemper, ad tutum illum portum ſe recipiat, quod exemptio, & immunitas Eccleſiæ non eſt de iure diuino, ſed ex Principum priuilegio. Qui dicta priuilegia minuere; augere, dilatare, reſtringere poſſunt, pro temporum, & locorum occaſione; prout Dominiorum vtilitas ipſis ſuadebit. Quod quam

CONFVTATIO

SECVNDI TRACTATVS

Qui inſcribitur.

Trattato, & reſolutione ſopra la validità delle ſcommuniche di Gio. Gerſone Theologo, & Cancilliero Pariſino, cognominato il Dottore Chriſtianiſſimo, tradotto dalla lingua Latina nella volgare con ogni fedeltà, in opuſculi duoi.

ALTER quoque Tractatus ad manus peruenit, & ipſe vernacula Lingua inſcriptus. *Trattato, e reſolutione ſopra la validità delle ſcomuniche di Gio. Gerſone, &c.*

Quorum primum opuſculum duodecim continet conſiderationes. Secundum vero continet. *Eſſamine di quella aſſertione. Sententia Paſtoris etiam iniuſta timenda eſt, dell'iſteſſo Gio. Gerſone.* Quæ quidem opuſcula plures continent errores. Hinc ne puſilli, & ſimplices in tam arduis fidei Chriſtianæ fundamentis, & dogmatibus decipiantur, Vtrunque opuſculum reijcere, & cõfutare decreui, textum ipſius prout iacet afferrendo.

Conſideratione prima.

LA pena della ſcommunica, ò vero della irregularità è cauſata quaſi formalmente, & principalmente dallo ſprezzo delle Chiaui della Chieſa, imperoche, gli Giuriſconſulti ſogliano communemente dire, che s'incorre in irregolarità, quando alcuno ſcommunicato s'intromette nelle coſe per ſprezzo delle Chiaui, & queſta conſideratione ſi fonda principalmente ſopra quella legge Euangelica, à 18. di San Mattheo, Se il tuo fratello peccarà in te &c. ſeguita, dillo alla Chieſa, & ſe non vdirà la Chieſa, habbilo per pagano e publicano.

Reſponſio.

Hæc prima conſideratio vera eſt, accipiendo contemptum pro contumacia, vt magis in ſecundo opuſculo apparebit, & dictum fuit etiam in alio tractatu contra Epiſtolam Theologi innominati. Sed hic obſeruandum eſt intentionem interpretis forſan malam

fuiſſe; aſſerens illud Mathæi c. 18. *Si peccauerit in te Frater tuus &c.* Quaſi quod dicere velit Rempublicam Venetam non peccaſſe, & ideo ex defectu materiæ, ſententiam excommunicationis. & interdicti à S. D. N. Paulo Papa Quinto In Ducem & Rempublicam illam latam, nullam eſſe.

Conſideratione ſeconda.

PV ò interuenire in molti modi lo ſprezzo delle Chiaui della Chieſa. Al primo modo direttamente, & cauſalmente, perche propriamente ſi dice, che alcuna coſa ſij fatta per ſprezzo, quando lo ſprezzo è cauſa principale dell'attione, ſi che non ſi farebbe ſe non fuſſe per ſprezzo delle Chiaui, come ſe alcuno diceſſe al Veſcouo, che li commanda ſotto pena di ſcommunica, al diſpetto voſtro, e dell' voſtro precetto io non farò niente di quello, che mi cōmandate. Al ſecondo modo interuiene lo ſprezzo indirettamente, quando alcuno è pertinace à non obedire, ma non pecca contra il precetto del Prelato per inobedienza, ouero hauendo per fine à non obedire, ma per qualche ſua dilettatione, ò vtilità; Al terzo modo ſi chiama ſprezzo apparentemente, ogni voluntaria transgreſſione di qual ſi voglia precetto, & à queſto modo ſi può dire, che in ogni peccato, maſſime mortale, v'interuenghi ſprezzo, ò direttamente, ò indirettamente, ò veramente al meno apparentemente.

Reſponſio.

Et hæc ſecunda conſideratio concedi poteſt, cum ad negotium non faciat, ſed tantummodo obſeruanda eſt falſa traductio interpretis, eo quoniam Ioannes Gerſonus declarans tertium modum contemptus, non declarat eum per verbum illud apparenter; ſed interpretatiue. Quæ quidem verba, ſi rectè perpendantur, ſunt ferè oppoſita, cum illud dicatur apparens, quod non eſt, & tamen videtur eſſe, ſicut aurum falſum dicitur aurum apparenter, quià videtur eſſe aurum; ſed non eſt. Illud autem dicitur eſſe interpretatiue, quod vere eſt, ſed non videtur eſſe. Sed nunc hoc parum refert.

Conſideratione terza.

LO ſprezzo al primo modo con ragione merita la ſcōmunica, & conſequentemente la irregolarita, & ſimilmente il ſecondo quando è congiunta la contumacia; ma lo ſprezzo della terza ſorte non ſempre merita la ſcommunica della

della Chieſa, ne per conſequente l'irregolarità, dico della Chieſa, perche ogn'vn che pecca mortalmente, è ſcommunicato da Dio, & appreſſo Dio, ma non ſempre per conſtitutione Eccleſiaſtica.

Reſponſio.

Hæc tertia conſideratio quoque eſt admittenda, ſed ſunt conſideranda vltima illa verba, quando dicit, quod omnis qui peccat mortaliter eſt excommunicatus à Deo, quod ſi loquatur de minori excommunicatione, quæ dicitur eſſe anexa cuilibet Peccato mortali verum dicit. At ſi loquatur de maiori excommunicatione, de qua eſt ſermo in propoſito, hoc eſt falſum, Eo quoniam peccatores ſine nouo peccato miſſam, & alia diuina audire non poſſent quod eſt falſum.

Conſideratione Quarta:

NON ſi debbe dire, che alcuno vſi ſprezzo in niſſuno de tre modi ſopradetti contra il precetto del Prelato; quando eſſo Prelato in tal precetto manifeſtamente, & notoriamente abuſi la poteſtà delle Chiaui, & queſto mentre loſà, & conoſce colui, che non obediſce, & per altro riſpetto non cauſa in ſe, ò in altro ſprezzo ſcandaloſo delle Chiaui Eccleſiaſtiche; imperciochè in queſto fatto vn tal huomo non è diſobediente alla poteſtà delle Chiaui; ma all'abuſo erroneo di eſſe.

Reſponſio.

Quarta hęc conſideratio, & ipſa admitti poteſt tanquam vera, ſi de Clauium abuſu intelligatur, qui reddit excommunicationem nullam, & inualidam, ſicut patet de ſent: excom: & lib. 6. tit. eodē. Vereor tamē, ne lateat anguis in herba, veluti etiam dixi in prima conſideratione: Vereor enim ne interpretis intentio ſit populis perſuadere velle ſententiam excommunicationis à S. D: N. latam in Rempublicam Venetam eſſe nullam, vt ſimplices decipiantur, veluti etiam perſuadere manifeſte conatus eſt Doctor ille Theologus in Epiſtola octo propoſitionum in calce, quaſi quod hęc ſententia ſit Clauium abuſus; ſed de hac conſideratione magis in ſecundo opuſculo:

Conſideratione Quinta.

SI ritroua maggior ſprezzo, & maggior peccato in vn Prelato, che abuſi la ſua poteſtà, come è ſtato detto, che in quello, il quale non l'obediſce,

facendo la comparatione nell'abuſo ſolamente; per il che alcune volte è coſa meritoria & eade in honore della poteſta Eccleſiaſtica, che ſi faccia reſiſtenza in faccia ad un tal Prelato, con moderatione, che non ecceda li termini della legittima diffeſa, ſi come S. Paolo s'oppoſe à S. Pietro.

Reſponſio.

O miſsis comparationibus inter Prælatum in ferrenda ſententia excommunicationis abutentem ſua poteſtate, & Excommunicatum Prælato vbedire nolentem; quæ ratione circumſtantiarum variari poſſunt, abſolutè & ſimpliciter magis peccat ſubditus inobediens; quàm Prelatus ſua abutens poteſtate; Eo quoniam ſpernēs Prælatum iuſtę aliquid præcipientem, Deum offendit, & ſpernit in Prælato iuxta illud Lucæ cap. 10. *Qui nos ſpernit, me ſpernit, & Apoſt.* ad Rom. cap. 13. *Qui poteſtati reſiſtit Deo reſiſtit*, & ad Theſſalonicenſes cap 4. *Qui hæc ſpernit, non hominem, ſed Deum ſpernit.*

Dico ſecundo hanc conſiderationem, vnam falſam, & temerariam conſequentiam, ne dicam erroneam continere. Nam & ſi Prælatus ſua abutens poteſtate notorie, & manifeſtè in graues incidat pœnas, iuxta ſacros Canones, committit enim ſacrilegium 24. q. 3. cap. Non in perpetuum, datur quoque actio excommunicato contra excommunicantem 11. q. 3. cap. temeraria. & cap. illud, ; tenetur ad expenſas, & intereſſe 24. q3. cap. de illicita, & cap. Sacro de ſent. excom. & cap. cum Medicinalis eod. tit. lib. 6. Priuatur ab ingreſſu Eccleſiæ, & à communione eod. cap. de illicita ſupra citato, & etiam in multas alias pœnas, vt docet Paulus Burghaſius de irregularitate, & diſpenſ. par. 6. in proprio tit. Non tamen ſequitur, quod quandoque ſit meritorium & ad honorem Eccleſiaſticę poteſtatis in faciem Pręlato reſiſtere, vt Gerſon. deducit. Nec teſtimonium illud Apoſtoli illi ſuffragatur, ad Gal. cap. 2. quando in faciem Petro reſtitit; quoniam tūc illud dictum eſt verum, quando imminet fidei periculum, & animarum; ſed excommunicatio eſt medicinalis, & non mortalis; quando namque imminet periculum fidei, ſiue animarum ſubditi publicè Prelatis ſuis in faciem reſiſtere poſſunt. Hoc docuit Beatus Gregorius in Epiſtola ad Ianuarium Epiſcopum, & habetur 2. q. 7. cap. Paulus. Idem docuit Remigius; Haymo, & Lyran. ſuper illud Apoſtoli prima Timoth. cap. 5. *Seniorem ne increpaueris*, & hac correptione Paulus propter imminens periculum ſcandali circa fidem, Petrum publicè arguit, quia ſuo exemplo gentes iudaizare cogebat, & in hoc

caſu me-

caſu meritorium eſt Prelatos, & etiam Summum Pontificem redarguere. Veruntamen hoc à perſona idonea fieri habet; Hinc eſt, Deum Summo Pontifici aſsiſtentes adeſſe velle, & à conſilijs graues ſcientia, omniumq; virtutem genere preditos Viros, [quos Cardinales appellant] vt, & eorum vtatur conſilio, ſi opus fuerit, & Scientia, & ad monitionibus, & dum res grauioris præiudicij occurrerit, etiam durius obſiſtant, eiq; in faciem Zelo ſpiritus accenſi, ſi opus fuerit, reſiſtant. Nam Deus in egregium Poſteris exemplum permiſit, vt id in tam magnis Apoſtolis accideret, vt docet glo: ſuper illud ad Gal. cap. 2. At vbi non vergit fidei periculum, nec animarum, non licet ſubditis Prelato ſuo, & maxime Summo Pontifici in faciem reſiſtere, quando etiam poteſtate ſua abuteretur, niſi in grauiſsimū Eccleſiæ periculum tenderet, vt docet Cardinalis de Turre Cremata in Sum. de Eccleſia lib. 2. c. 106. Sed hoc non eſt ad propoſitum de validitate excōmunicationis, & eo magis quando excōmunicatio fertur ad conſeruandū libertatē & alias iuriſdictiones Eccleſię, quæ oīa in Dei, Eccleſiaſticęq; poteſtatis honorē vergunt. Eſt igitur falſa conſequentia, & ſi propoſitum interpretis perpendatur, qui hac Doctrina Populum Venetum, ne precepto Summi Pontificis obediat commouere intendit, hæc conſequentia erit ſciſmaticha.

Conſideratione Seſta.

POTREBBE auenire alcuna volta, che nel medeſimo caſo, vno fuſſe diſobediente per ſprezzo delle Chiaui Eccleſiaſtiche, nō obedendo alla Sentenza del ſuo Prelato, doue, e quando vn'altro, che non obediſce alla medeſima ſentenza non fuſſe reo in modo alcuno diſprezzo, maſſime appreſſo Dio, e la ragione di queſto è, per che quello reputa, che ſe gli debba obedire, ma queſt' altro non la reputa tale, ma sà certamente, ouero hà ſufficiente probabilità, che il ſuo Prelato vſa male l' autorità ſua, in pregiudilio delle Chiaui, & deſtrutione della Chieſa.

Reſponſio.

Ex dictis ad precedentem conſiderationem ad hanc patere poteſt reſponſio; non enim ſufficit quelibet probabilitas, ſed probabilitas certa, & notoria requiritur. Nec ſufficit probabilitas cuiuslibet abuſus poteſtatis Clauium, ſed neceſſario requiritur, q abuſus in fidei periculum, vel ad Eccleſię deſtructionem, & defor-

mationẽ tendat, alias obediendum eſt Prelato. Ideo Diuus Aug. ad Ianuarium Epiſt. 118. & ſequenti aiebat. *Quod neq; contra fidem neq; contra bonos mores iniungitur, indifferenter eſt habendum, & pro eorum inter quos viuitur, ſocietate ſeruandum eſt.* Et lib. 22. contra Fauſtum Manicheum capit. 75. *Cui, quod iubetur, vel non eſſe contra Dei preceptum certum eſt, vel vtrum ſit, certum non eſt, ita vt fortaſſe reum Regem faciat iniquitas imperandi; innocentem autem militem oſtendat ordo ſeruiendi.* Hæc Aug. Et D. Anſel. ſuper illud Apoſtoli ad Tit. cap. 3. *Admone illos Principibus, & poteſtatibus ſubditos eſſe dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe,* dicebat, *Si bonũ eſt quod iubet Imperator, aut preſes paratus ſit obedire iubenti, ſi vero malum eſt, & contra Deum; quod precipit, reſpondeti quia obedire oportet Deo, magis quam hominibus.* Hæc ille. Ecce quomodo iſti Sancti Patres inquiunt, obediendum eſſe Superioribus, quando aliquid præcipiunt, quod non ſit contra Dei mandatum, Quanto igitur obediendum erit eis, quando ea, quæ ad honorem Dei, & ad ſalutem animarum faciunt, præcipiunt? Quare Apoſtolus ad Heb. capit. 13. *Obedite prepoſitis veſtris, & ſubiacete eis.*

Conſideratione Settima.

PER conoſcere, ſe interuiene ſprezzo delle Chiaui, ſi debbe riſguardare la poteſtà legitima, & il legitimo vſo della poteſtà di quello, che cõmanda ſotto pœna di Scommunica, ouero minaccia irregolarità, altrimente li Prelati potrebbono imporre ſopra loro qual ſi voglia ſeruitù ſe fuſſe neceſſa io ſempre obedire alle ſue ſentenze ingiuſte, & erronee, e per tanto è manifeſto, che hà biſogno di Gloſa quel detto commune, la Sentenza del Paſtore, ò del Giudice ancorche ingiuſta ſi debbe temere. Altrimente non è generalmente vero ſe ſi dica, che ſi debbe temere, cioè ſoſtenere, & non reſiſtergli, anzi in alcun caſo il ſopportarla, ſarebbe vna patiẽtia Aſinina, & vn timore da lepre, & ſciocco.

Reſponſio.

Hęc conſideratio expendetur in ſecundo opuſculo; cũ examinabitur illa propoſitio. *Sententia Paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſemper eſt timenda.* Eſt tamen præſumptuoſa, & temeraria dum ait, Ipſam Sententiam excommunicationis aliquando ſuſtinere patientiam eſſe aſininam; Hæc enim verba in contemptum Clauium dicta eſſe videntur.

Conſi-

Conſideratione Ottaua.

PORTA più pericolo lo ſprezzo delle Chiaui verſo la perſona del Sommo Pontefice, che verſo l'inferiore, perche da gl'abuſi de gli inferiori è aperto ricorſo al Papa per il beneficio dell'appellatione; & ſe alcun dica, che parimente ſi può appellare del Papa al Concilio Generale. Diceuano altre volte inanzi al Concilio generale Piſano; & Conſtantienſe, che queſto non era in alcun modo lecito, & allegauano le ſue ragioni à fauor loro molto chiare (per quanto lor parea). Ma non dimeno al preſente conſtantemente ſi afferma, che il negare la ſuperiorità del Concilio ſopra il Papa ſia hereſia condennata per conſtitutione eſpreſſiſſima; & praticata nel detto Concilio di Coſtanza, ſi come altroue più diffuſamente a s'è dimoſtrato, per il che ſi riſponde altramente, cioè che non ſi può, ne debbe celebrare così facilmente, & per legier cauſa vn Concilio, per vdire l'appellationi, doue anco fuſſe lecito appellarſi, ſi come facilmente ſi hà ricorſo al Papa. Hæc ille. I ſetti Theologi Autori del Trattato dell'interdetto della Santità di Papa Paolo Quinto; nella propoſitione nona reuocano in dubbio ſe il Papa ſia ſopra al Concilio generale, ò pure il Concilio ſopra il Papa, cō dire, che dall'vna, è l'altra parte ſono cellebri Dottori e di Auttorità; & di Santità. Anzi dalli Concilij di Coſtanza, & di Baſilea fu determinata la Superiorità del Cōcilio. Da Papa Leone Decimo nel Concilio Lateranenſe fù dechiarata la ſuperiorità nel Sommo Pontefice. Le Prouincie Chriſtiane altre ſeguono queſta, Altre quell'altra opinione. Hæc illi magis declinantes ad partem illam, quæ tuetur Concilium eſſe ſupra Papam.

Confutatio.

In hac octaua conſideratione duo dicta potiſsime habentur, quorum vnum eſt, quod ſi quis temporibus iſtis dixerit, Papam eſſe ſupra Concilium, ſit tamquam hæreticus condemnatus in Concilio Conſtantienſi. In Concilio enim Piſano, & Conſtantienſi determinatum fuit Concilium eſſe ſupra Papam. Septem vero Theologi addiderunt Concilium Baſilienſe. Alterum dictum eſt, ſequens ex primo, quod à Papa poteſt appellari ad Concilium generale. Quorum dictorum vtrumq; à nobis venit reijciendum. Et primo quod Papa ſit ſupra Concilium; Deinde quod ab ipſo non detur appellatio ad Conciliū Generale, nobis probandum eſt.

Circa primum, Papam eſſe ſupra Concilium probatur authoritate Saluatoris noſtri apud Matth. cap. 24. vbi ait. *Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore?* Quo quidem in loco per diſpenſatorem

intel-

intelligitur Epiſcopus, ſic exponit D. Hilarius inquiens. *Quamquã in cõmune nos ad indeffeſſam vigilantiæ curam adhortetur, ſpetialem tamen populi principibus ideſt Epiſcopis in expectatione aduentuq; ſuo ſolicitudinem mandat. Hunc n. ſeruum fidelem atq. prudentem, Præpoſitum familiæ ſignificat comoda atq. vtilitates comiſſi ſibi populi curantem.* Hęc Hilarius, ad eundem ſenſum exponit etiã Beatus Hieronimus. Eadem ferè verba leguntur apud Lucam cap. 12. *Quis eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam.* Quo in loco Amb. per diſpenſatorem intelligit Epiſcopum, & glo. ordinaria ſuper illud Math. & Luc. allegatum. Quod etiam probari poteſt ex verbis antecedentibus. Ait autem ei Petrus. *Domine ad nos dicis hanc parabolam, an, & ad omnes? Dixit autem Dominus. Quis putas &c. Quaſi dicat,* inquit glo. ead. *Vobis, qui diſpenſatores eſtis inſtituti, hoc ſpecialius conuenit de cuſtodia, & preparatione, vt & vos, & alios preparetis in aduentum iudicis.* Hęc glo. Quę quidem omnia, & ſi de omnibus Epiſcopis intelligantur, de Summo tamen Pontifice intelligi debent precipue, quoniam ſicut vnuſquiſq. Epiſcopus debet eſſe fidelis ſeruus, & prudens diſpenſator ſummus in ſua Eccleſia, ita Summus Pontifex in Eccleſia Vniuerſali. Quapropter D. Griſoſt; lib. 2. de ſacerdotio ſtatim poſt initium de Petro interpretatur, oſtendens quod ſupra totam Eccleſiam ſit conſtitutus, & ait. *Qua nam item de cauſa idem ille ſanguinem effudit ſuum? Certè vt pecudes eas acquireret, quarum cura, tum Petro, tum Petri ſucceſſoribus committebat. Iure igitur, ac merito ſic loquebatur Chriſtus. Quis nam fidelis ſeruus, & prudens, quem Dominus ſuper familiam ſuam conſtituit? & paulo infra, Contemplare itaq. & præmium quantum, ſuper omnia, inquit, bona ſua conſtituet eum, etiam ne nunc nobis cum contendes fraudem iſtam, tibi non bene ac feliciter ceſſiſſe, qui per eam vniuerſis Dei Optimi Maximi bonis ſis preficiendus, quam preſertim ea agas, que cum Petrus ageret, illum Chriſtus auctoritate preditũ eſſe voluit, ac reliquos item Apoſtolos longe precellere?* Hec ille. Immo Amb. exponens verba Apoſtoli prima Timoth. cap. 3. *Vt ſcias quomodo te oporteat in domo Dei conuerſari, que eſt Eccleſia Dei,* aiebat. *Domus Dei Eccleſia dicitur, cuius* rector eſt Damaſus. Hec ille. Ex quibus omnibus habemus, quod, & ſi vnuſquiſq. Epiſcopus ſit ſummus rector in ſua Eccleſia, Summum Pontificem tamen conſtitutum eſſe rectorem ſuper vniuerſam Eccleſiam. Et ſicut diſpenſator ille Euangelicus non poteſt iudicari, nec puniri a tota familia, ſuper quam eſt conſtitutus, vt dicit ibi Euangeliſta. *Quod ſi*

dixe-

dixerit ſeruus ille in corde ſuo &c. ſed patri familias reſeruatur iudicium, Ita ſummus Pontifex a nemine iudicari poteſt, ſed Dei iudicio reſeruatur.

Probatur ſecundo ex verbis illis Io. cap. 21. *Simon Io. diligis me? paſce oues meas, paſce agnos meos.* Hic ex ipſis habemus Petrum, & ſucceſſores eſſe Paſtorem, cui Grex, & ouile Chriſti cōmiſſum eſt, ſed paſtor eſt auctoritate iuriſdictionis ſuper gregem, & non e conuerſo, ergo Papa eſt ſuperior ad Concilium generale ſeorſum ſumptum à Papa [ſicut de eo nunc loquimur] aut eſt Paſtor gregis, aut eſt ouile & Grex. Non poteſt dici, quod ſit Paſtor, quia cum Paſtor alicuius gregis, vel ouilis ſit Paſtor, nullus eſt grex, nullum eſt ouile, cuius Concilium vniuerſale ſit Paſtor, ergo &c. maior eſt nota per ſufficientem enumerationem. Et minor probatur: non enim, eſt Paſtor vniuerſalis Eccleſiæ, quia cum illam rapreſentet, & auctoritate illius fulciri dicatur, non poteſt dici Paſtor illius, nec ſuperior illa, quia eſſet Paſtor, & ſuperior ſui ipſi⁹, quod implicationem dicere videtur. Nec etiam dici poteſt, quod ſit paſtor, & caput ſingulorum fidelium, cum & ipſos quoq. rapreſentet. Cum igitur Concilium non ſit Paſtor, neceſſe erit quod ſit grex, vel ouile, & cum ſit grex, & ouile ipſius Chriſti, fateri oportet eſſe illud ſub cura, & auctoritate ſummi Pontificis, cui in Beato Petro Chriſtus vniuerſas oues ſuas ſine quacunq. acceptione paſcendas commiſit. Vnde Euſebius Emiſenus ſuper Io. dicebat. *Paſcit Petrus aghos, paſcit, & Oues, paſcit filios, paſcit, & Matres, regit ſubditos, & prelatos.* Hec ille ſi igitur Petrus, & ſummus Pontifex ſucceſſor eius regit, & paſcit ſubditos & Prælatos, eſt auctoritate ſuperior illis. Omnes quoq. auctoritates ſacrarum litterarum, & ſanctorum Patrum, quæ oſtendunt Petrum, & ſucceſsores eſse Caput Eccleſiæ, oſtendunt illum eſſe ſuperiorem auctoritate ad Concilium. Cum caput ſuperius ſit, non ſolum ſitu, ſed etiam auctoritate toto reſiduo corpore, vt patet.

Amplius omne illud, quod tribuit eſse, & quaſi formam alteri, eſt ſuperius illo, cui eſse tribuit, ſed Papa tribuit eſse, & quaſi formam Concilio generali ergo eſt ſuperior illo: maior nota, & manifeſta, & minor probatur, quia Papa tribuit eſſe & quaſi formã Concilio generali conuocando & approbando illud; & probatur primo de conuocatione, ſecundo de approbatione.

Quo igitur ad primum probatur, quod Papæ ſolius ſit indicere

Concilium generale. Docet enim nos ſacra ſcriptura lib. 1. Machabæorum cap. 14. quo in loco inter alia, quæ Symoni Sacerdoti magno totius Populi, & omnium Sacerdotum conſenſu attributa ſunt, hoc eſt tamquam ſingulare Summi Pontificis priuilegium, vt conuentus ſine ipſo non fieret in regione, ſcribitur enim ſic. *Ne liceat vlli ex populo, & ex Sacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere his, quæ ab eo dicuntur, aut conuocare conuentum in regione ſine ipſo.* Hæc ibi. Cum autem iuxta Doctrinam Apoſtoli Sacerdotium veteris legis figura ſit noui teſtamenti, & Summus noui teſtamenti Sacerdos excellentioris ſit dignitatis, credendum eſt, quod ſimile priuilegium diuina inſtitutione habeat ipſe Summus Sacerdos in noua lege ſcilicet Romanus Pōtifex, vt videlicet ſine eius auctoritate conuentus vniuerſalis in Eccleſia non conuocetur. Eadem minor propoſitio, quod videlicet Concilium Generale non poſſit congregari niſi à Pontefice Romano probatur per conſtitutiones Summorum Pontificum. Vnde Sanctus Marcellus Papa in ſua decretali ad Epiſcopos Antiochiæ Prouinciæ ait. *Simulque ijdem (inſpirante Domino) Conſtituerunt, vt nulla Synodus fieret præter eiuſdem ſedis auctoritatem, nec vllus Epiſcopus niſi in legitima Synodo ſuo tempore Apoſtolica auctoritate conuocata ſuper quibuslibet criminibus pulſatus audiatur, vel iudicetur.* Hæc ille; & in Epiſtola ad Maxētium Tyrannum quod etiam refertur cap. Synodum diſtinct. 17. dicit. *Synodum ergo abſque huius Sanctę Sedis auctoritate Epiſcoporum: (Quamquam quoſdam Epiſcopos poſſitis congregare) non poteſtis regulariter facere.* Hæc ille aperte affirmans Concilium generale conuocari nō poſſe abſque Romani Pontificis auctoritate. Iulius Papa in reſcripto contra Orientales pro Athanaſio, & cæteris; oſtendens Synodum quandam Antiochiæ celebratam ab Arrianis, non debere dici Synodum, ait. *Quando Antiochiæ pro damnatione fidei de conſubſtantialitate probata fuiſtis congregati; adeo prędicti Athanaſij hanc regulam protuliſtis, quæ nullas habet vires, nec habere poterit, quoniam nec ab Orthodoxis Epiſcopis hoc Concilium actum eſt, nec Romanæ Eccleſiæ legatio interfuit Canonibus præcipientibus ſine eius auctoritate Concilia fieri non debere. Nec illud ratum eſt aut erit numquam Concilium, quod non factum fuerit eius auctoritate.* Hæc ille.

Damaſus ſubſcribit in Epiſtola ad Stephanum Archiepiſcopum Concilij Mauritaniæ, & ad Concilia Aphricæ dicit. *Nam (vt noſtis) Synodum ſine eius auctoritate fieri, non eſt Catholicum, neque illa vnquā*

Concilia

Concilia rata leguntur; quæ non ſunt facta Apoſtololica authoritate. Hæc ille. Conſentit & Gelaſius Papa primus in Epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ, qua oſtendit Acacium à Sede Apoſtolica competenter fuiſſe damnatum. Teſtatur hoc & Pelagius Papa ſecundus in Epiſtola ad illegitimam Synodum Conſtantinopolitanam, ſiue omnibus Epiſcopis, qui illicita vocatione Ioannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum Vniuerſalem vocauerunt, qui ſic ait. *Relatum eſt ad Apoſtolicam ſedem, Ioannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum vniuerſalem ſe ſcribere, voſque ex hac ſua præſumptione ad Synodum conuocare generalem, cum generalium Synodorum conuocandi auctoritas, Apoſtolicæ ſedi Beati Petri ſingulari priuilegio ſit tradita, & nulla vnquam Synodus rata legatur, quæ Apoſtolica Auctoritate non fuerit fulta.* Hæc ille. Cuius quidem rei teſtimonium illuſtre reddit etiam Adrianus Papa Primus in decretis ab ipſo traditis Ingilramno Madiomatrice verbis Epiſcopo dicens. *Nullus Epiſcopus niſi Canonicè vocatus, & in legitima Synodo, ſuo tempore Apoſtolica auctoritate conuocata, cui iuſſione Domini, & meritis Beati Petri Apoſtoli ſingularis congregandorum Conciliorum auctoritas, & Sanctorum Canonum ac venerandorum Patrum decretis multipliciter priuata, tradita eſt poteſtas.* Hæc ibi. Adſunt etiam decreta Eugenij Papæ Quarti, & aliorum Summorum Pontificum quę omnia ob breuitatis cauſam omittere decreui.

Probatur etiam auctoritate eorumdem Conciliorum. Vnde habetur Canon ille Concilij Niceni, vt teſtatur Synodus Alexandrina in Epiſtola ad Felicem ſecundum Papam dicens. *Scimus in Nicena magna Synodo circa 318. Epiſcoporum ab omnibus eſſe concorditer roboratum non debere abſque Romani Pontificis ſententia, Concilia celebrari, nec Epiſcopos damnari.* Hæc ibi. Quem quidem Canonem refert etiam Iulius primus Papa in Epiſtola ad Orientales, & Sanctus Marcellus Papa, & Martyr loco ſupra allegato eſſe Canonem Apoſtolicum affirmat.

Synodus Calcedonenſis Actione prima idem docuit; cum enim legati peterent, vt Dioſcorus Alexandrinus foras eijceretur à Concilio, Lucentius Epiſcopus cauſam aſsignans dixit. *Iudicij ſui neceſſe eſt, eum dare rationem; quia cum perſonam iudicandi non haberet; præſumpſerit, & Synodum auſus eſt facere ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ quod numquam licuit, numquam factum eſt.*

Probatur quoque auctoritate tertiæ Synodi Romanæ tempore Symmachi Papæ in qua cum Rex Theodoricus ſe Synodum conuo-

caſſe diceret, vt cauſa Symmachi iudicaretur. Reſponderunt omnes Epiſcopi vna voce à Papa, & non à Rege Synodum fuiſſe conuocandam, etiam ſi Papa accuſaretur. Et 7. Synod. Generalis Act. 6. condemnans Synodum illam Conſtantinopolitanam, in qua reprobatus fuerat vſus ſacrarum imaginum in ſua diffinitione oſtendens illam non fuiſſe Synodum, ait. *Quomodo autem magna, & vniuerſalis, in quam neque omnes conſenſerant, & reliquarum Eccleſiarum præfecti non admiſerunt, ſed anathemate eam damnauerunt? Romanum Papam, neque illius Sacerdotes, neque per Vicarios, neque per Prouinciales litteras quemadmodum in Synodis fieri debet.* Hæc ibi. Hoc etiã docuit Concilium Lateranenſe ſub Iulio II. & Leone x. contra Conciliabulum Piſanum.

Quod ſolius Romani Pontificis munus ſit generalia congregare Concilia, rationibus quoque oſtendere poſſumus; & primo ſic. Solius illius munus eſt congregandi Concilia, cui omnes de tota Eccleſia obedire tenentur, ſed ſolo Romano Pontifici omnes de tota Eccleſia ad Concilia Generalia conuocanti tenentur obedire, tamquam ſuperiori, & ſuper omnes primatum habenti ergo ſolus Papa Concilia generalia poteſt congregare; maior propoſitio nota eſt, quia conuocatio ad Concilia Generalia alias eſſet illuſoria, niſi conuocanti deberetur obedientia, cum vocati recuſare poſſent. minor propoſitio patet diſt. 93. in cap. Obedientiam. Quare Diuus Petrus Cathedram tradens Clementi, omnes exortabatur, vt voluntati eius obſecundare deberent, vt in Epiſtola prima ipſius Clementis ad Iacobum Fratrem Domini apparet; & refertur diſt. 93. in cap. Si inimicus. Et hac ratione vſus eſt Iulius Papa Primus in Epiſtola ad Epiſcopos Orientales inquiens. *Ipſi vero primæ Sedis Eccleſię, conuocandorum generalium Synodorum, iura, & iudicia Epiſcoporum ſingulari priuilegio, Euangelicis, & Apoſtolicis, atque Canonicis conceſſa ſunt inſtitutis, quia ſemper maiores cauſæ ad Sedem Apoſtolicam multis auctoritatibus referri præcepta ſunt, nec vllo modo poteſt maior à minore iudicari, ipſa namque omnibus maior, & probata eſt Eccleſijs &c.* Et paulo infra. *A ſanctis Apoſtolis ſucceſſoribus eorum in præfatis antiquis decretum fuerat Statutis, quæ Hactenus Sancta, & Vniuerſalis Apoſtolica tenet Eccleſia, non oportere præter ſententiam Romani Pontificis Concilia celebrari nec Epiſcoporum damnari, quoniam Sanctam Romanam Eccleſiam, primatum omnium Eccleſiarum eſſe voluerunt.* Hæc ille.

Amplius eſt regula Ariſtotelis vulgatiſsima, quod ſicut ſe habet ſimplici-

ſimpliciter ad ſimpliciter, ita maximum ad maximum, ſed ſic eſt, quod ad Epiſcopum alicuius Eccleſię particularis pertinet conuocatio illius capituli, & contemnentes venire per cenſuras Eccleſiaſticas poteſt illos compellere, vt dicit Inn. de maie. & obed. cap. quod ſuper his; ſic ad eum, qui eſt maioris dignitatis in prouincia Concilium prouinciale congregare ſpectat; ſicuti determinatum eſt in Concilio Agathenſi tempore Symmachi Papæ tertij Canone 35. Sub hac forma. *Si Epiſcopus Metropolitanus ad Comprouinciales Epiſcopos Epiſtolas direxerit in quibus eos, aut ad ordinem Summi Pontificis, aut ad Synodum inuitet poſt poſitis omnibus excepta graui infirmitate corporis, aut prꝗceptione Regia ad conſtitutum diem ad eſſe non differant*. Et in Concilio Turonico 2. cap. 1. ſancitum fuit. *Si quis Epiſcopus ad Synodum, vt ſuperius dictum eſt venire diſtulerit, vſque ad maiorem Synodum à Metropolitano & comprouincialibus maneat excommunicatus.* Ergo pariformiter ad eum, qui eſt maioris dignitatis in Eccleſia Vniuerſali, iure, & priuilegio ſingulari vniuerſalium Conciliorum conuocatio pertinet. Hic autem ſolus eſt Romanus Pontifex, vt Catholici omnes fatentur ergo ad ſolum Papam ſpectat conuocatio Concilij generalis. Ex quibus omnibus clariſsime colligitur, quod congregatio, quę auctoritate Papæ conuocata, aut fulta non fuerit, vno, & indubitato Papa in Petri Cathedra ſedente; nec nominari vniuerſale Concilium poſſe, nec aliquam habere auctoritatem, ſed magis Conuenticulum vel Conciliabulum appellari. Vnde Pelagius ſecundus Papa ad Epiſcopos, qui ad illegitimam Synodum Conſtantinopolitanam conuenerant loco ſupra allegato dicit. *Quapropter, vt iam dictum eſt, recte non Concilium, ſed veſtrum Conuenticulum, vel conciliabulum caſſatur, & quicquid in eo actum eſt irritum habeatur, & vacuum.* Hæc ille. Et ſic patet prima pars illius minoris propoſitionis.

Supereſt modo probanda ſecunda pars minoris illius propoſitionis, quod videlicet Summus Pontifex det eſſe, & quaſi formam Cõcilio Generali; ipſum approbando, quoniam ad hoc, Concilium generale, vt ſit legitimum, non ſolum auctoritate Summi Pontificis debet congregari; ſed etiam eadem auctoritate confirmari debet. Hinc eſt quod Concilia generalia ſemper ſolita ſunt geſt a ſua petere per Romanum Pontificem confirmari, nec per Legatos Sũmi Pontificis, per quos celebratum eſt firmam, certamque habet auctoritatem. Et quod Eccleſia numquam habuerit Concilium

S 6 tamquam

nunquam ratum,& firmum, niſi auctoritate Apoſtolica probatum: oſtendit illud, quod Martianus Aug. a Leone contendit, vt Concilij Calcedonenſis de fide iuditium approbaret, ait enim. *Miramur per maxime, quod Synodum Calcedonenſem, & litteras venerabilium Epiſcoporum, quæ ad tuam Deo amicitiam miſſæ ſunt, per quas omnia, quæ in ipſa facta ſunt nobis nunciarunt, nequaquam à tua ſanctitate tales litteræ miſſe ſunt, quę videlicet in Sanctiſſimis Eccleſiis lectæ in notitiam omnium deuenirent, quod quorundam animabus, quę prauam ad huc opinionem ſectantur immiſit. Vtrum, ſilicet, tua Beatitudo, quę in Sancta Synodo edita ſunt, confirmauerit, & propter hec tua Reuerentia litteras mittere dignetur, per quas in omnibus Eccleſiis, & Epiſcopis notum ſit, vniuerſa, quę in Sancta Sinodo geſta ſunt à tua beatitudine confirmata.* Hæc ille. Vnde,& Leo ob hanc cauſam Martiano comendauit, vt confirmatio, approbatioq; Concilij ad omnes Eccleſias perferret; quem admodum in Epiſtola 57. ad Eundem Martianum ſcribitur. *Quia vero,* ait Leo, *omnibus modis obediendum eſt pietati veſtre, religioſiſſimeq́; voluntati. Conſtitutionibus Synodalibus, que mihi de confirmatione fidei Catholice, & hæreticorũ damnatione placuerunt libens adieci ſententiam meam. Que ſi, vt in notitiam omnium Sacerdotum Eccleſiarumq́; peruenerint, veſtre clementie preceptis ordinare dignabitur.* Hæc Leo. Hinc in 4. Synodo Romana ſub Symmacho Papa cap. 4. ſtatutum eſt, nullum Concilium generale nec prouinciale ratum eſſe, & firmum niſi à Sancta Sede Apoſtolica comprobatum. Quapropter omnia Concilia, & ante, & poſt celebrata confirmationem ſuorũ Decretorum à Summo Pontifice efflagitare conſueuerunt. Hinc huius obſeruationis,& conſuetudinis exemplum nobis præbuerunt ſingulariſſimi illi Patres in Synodo celeberrima Nicena prima congregati, qui omnia ſua acta, & decreta petierunt à Beato Syluestro Papa confirmari. In Epiſtola namq; ad eundem inquiunt. *Beatiſſimo Papæ Vrbis Romæ, cum omni reuerentia colendo, Syluestro, Oſius Epiſcopus Prouinciæ Hiſpanie Ciuitatis Cardubenſis, & Macarius Epiſcopus Eccleſiæ Hieroſolimitane, & Victor & Vincentius præsbiteri Vrbis Romæ ordinati ex directione tua. Quoniam omnia corroborata de diuinis myſterijs Eccleſiaſticæ vtilitatis, que ad robur pertinet Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ ad Sedem tuam Romanam explanata, & de Greco radacta ſcribere confitemur. Nunc itaq; ad veſtræ ſedis argumentum accurrimus roborari.* Et infra. *Quicquid autem conſtituimus in Concilio Niceno precamur veſtri oris conſenſu confirmetur.* Hæc illi. Vnde Syluester in reſcripto ad illam Synodum Nicenam

acta

acta illa, & geſta confirmans ait. *Gaudeo propter vos benignitatem ſeruare. Nam & confirmo, ſigoq; ad Doctrina ueſtra reclamantes de myſterio; uel unitate Trinitatis chariſmatis, uos ſecundũ dicta, & Doctrinam Euangelicam ſanctam accepiſſe gratiam &c.* Et in decreto habito Romæ in Concilio ad hoc congregato pro confirmatione prædictorum geſtorum dicit. *Syluester Epiſcopus Sanctæ, & Apoſtolicæ Sedis præſul Vrbis Romæ dixit. Quicquid in Nicea Bithiniæ conſtitutum eſt, ad robur Sanctæ Matris Eccleſiæ, Catholicæ, & Apoſtolicæ, à Sanctis Sacerdotibus trecentis decem & octo; noſtro ore conformiter, confirmamus &c.* Hæc ille.

Secundum teſtimonium habetur ex Concilio Epheſino primo, de quo, licet, Beatus Cyrillus, & Archadius Epiſc. ex Italia, qui vice Beati Cœleſtini Papæ in eo legati fuerunt, dicat Dominus Aymarus lib. de Synodis, quod ipſum Concilium auctoritate Apoſtolica roborauerunt; tamen, & illud Concilium confirmationem petijt ſuorum decretorum, dum affirmat, quod omnia, quæ in oecumenico Concilio decernuntur ad Romanum Pontificem refferri oportere. Inquiunt enim Patres illi in Epiſtola ad Cœleſtinum Romanæ Vrbis Archiepiſcopum. *Quia vero neceſſitas exigebat; vt omnia quæ in hac Sancta Synodo acciderunt Sanctitati tuæ declarentur; non potuimus hiſce noſtris litteris ad Sanctitatem tuam non perſcribere &c.* Quæ neceſſitas exigebat, vt omnia acta in Synodo Cœleſtino declarentur, niſi vt auctoritate Apoſtolica ipſa confirmarentur? Habetur etiam ex geſtis illius Synodi, quod Imperator Theodoſius Iunior ad maiorem perfectionem ſtatutorum illius Synodi Apoſtolicæ Sedis confirmationem apponi poſtulauit. Sciebat enim ſtatuta & decreta Synodorum nullam vim, & robur habere, niſi à Summo Pontifice fuerint confirmata.

Adſunt etiam Teſtes, Sancti illi Patres in Concilio Calcedonenſi congregati, qui in relatione ad Leonem primum Papam de geſtis illius Concilij aiunt. *Indicamus vero, quia, & alia quedam pro rerum ipſarum ordinata quiete, & propter Eccleſiaſticorum ſtatutorum difiniuimus firmitatem, ſcientes, quia & veſtra Sanctitas addiſcens, & probatura, & confirmatura eſt eadem.* Et fere ad calcem ſubiungunt. *Rogamus igitur, & tuis decretis noſtrum honorare iudicium, & ſicut nos Capiti in bonis adiecimus conſonantiam, ſic, & ſummitas tua, filijs (quod decet) adimpleat.* Hæc illi. Cui quidem petitioni reſpondet Sanctus Leo in illa Epiſt. in ordine 59. cuius initiũ eſt. *Omnem quidem fraternitatem &c.* Et omnia acta, & decreta ad fidẽ pertinentia approbat, & con-

firmat

firmat. Quapropter & Leo Papa Secundus qui Agathoni ſucceſſit, ſcribens ad Conſtantinum Imperatorem ſuper confirmatione geſtorum ſexte Synodi ait. *Sancta igitur vniuerſalis, & magna Synodus & quia diffinitionem rectè fidei (vt dictum eſt) pleniſſime prędicauit, quam & Apoſtolica ſedes Beati Petri Apoſtoli, cuius uidelicet impares miniſterio fungimur, veneranter ſuſcipit; idcirco, & nos & per noſtrum officium, hęc veneranda Sedes Apoſtolica concorditer, ac vnanimiter his quę deffinita ſunt ab ea, conſentit, & Beati Petri auctoritate confirmat.* Hæc Leo. Accedit ſeptima ſynodus generalis in qua legitur, quod Tharaſius Patriarcha Conſtantinopolitanus totum proceſſum eiuſdem ſynodi, ſummo Pontifici, vt mos erat, retulit, vt tale concilium ſua auctoritate firmaret. Quo in loco aduertendum eſt, quod dicit, ut mos erat, quia ex hoc colligitur ita fieri per omnia concilia, ſicut, & verum eſt ex practica aliorum Cõciliorum. Poteſt hęc veritas ex Concilio Conſtantenſi confirmari, quod cum plenarium extitiſſet ex omnibus obedientijs ſecundum communem ſententiam, à Martino Quinto Papa, confirmationem ſuorum geſtorum poſtulaſſe legitur, Imo, & ipſi Baſilienſes ab Eugenio Quarto hoc obtinere voluerunt. non obſtantibus eorum erroribus. & non potuerunt. Sic tandem Concilium Tridentinum ſuorum actorum confirmationem a Pio Quarto Papa poſtulauit. Quare minor illa propoſitio veriſsima eſt, & per conſequens, quod Papa ſit ſupra Concilium generale.

Preterea quod Papa ſit ſuperior Concilio generali probari poteſt. Omne quod tribuit alteri poteſtatem eſt ſuperius illo, cui auctoritatem tribuit, quia cauſa eſt potior ſuo effectu, ſed Papa tribuit poteſtatem Concilio generali, ergo Papa eſt ſuperior Concilio generali. Minor propoſitio probatur, primo ratione D. Thomæ qua in 22. q. prima art vltimo probat, quod ad Summum Pontificem pertineat editio Symboli, ſic *Noua Symboli editio neceſſaria eſt ad vitandum inſurgentes errores. ad illius ergo auctoritatem pertinet editio Symboli, ad cuius auctoritatem pertinet ſententialiter determinare ea, quæ ſunt fidei, vt ab omnibus inconcuſſa fidę teneantur, hoc autem pertinet ad auctoritatem ſummi Pontificis, ad quem maiores & difficiliores queſtiones Eccleſia referruntur.* Hec Diuus Thomas. Quando igitur Concilium aliquid deffinit, precipue de fide, auctoritatem habet a Papa, Probatur ſecundo; quoniam Papa eſt Princeps Eccleſiæ principatu non dependente ab Eccleſia, ſed a Deo immediate. Vnde Anacletus

Papa, & martir in Epiſtola 2. ad vniuerſos Epiſcopos in Italia conſtitutos inquit. *In nouo autem teſtamento poſt Chriſtum Dominum à Petro ſacerdotalis cœpit ordo, quia ipſi primo Pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt dicente Domino ad eum: Tu es, (inquit) Petrus, & ſuper hanc petram edificabo Eccleſiam meam, & Porte inferi non preualebunt adverſus eam, & tibi dabo Claues regni Cælorum. Hic ergo ligandi, atq. ſoluendi poteſtatem primus accepit à Domino, primuſque ad fidem populum virtutis ſuæ prædicationis adduxit.* Hæc ille. Et refertur diſt. 23. cap. In nouo. Et in ſua decretali 3. quæ eſt ad omnes Epiſcopos, & Sacerdotes, ait. *Hæc vero Sacro Sancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia non ab Apoſtolis ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro primatum obtinuit, & eminentiam poteſtatis ſuper Vniuerſas Eccleſias, ac totum Chriſtiani populi gregem aſſecuta eſt.* Et refertur diſtinct. 22. cap. SacroSancta. Leges autem non habent vigorem, & virtutem coactiuam niſi ex Principis auctoritate, ſiue eius, in quo principatus totius communitatis eſt collocatus, vt eſt manifeſtiſsimum apud omnia iura. Vnde Sanctus Anacletus in ſua prima decretali, inquit. *Leges Eccleſiæ Apoſtolica firmamus auctoritate*, & refert 3. q. 6. c. leges, & ratio eſt, quia in Apoſtolica ſede totius Eccleſię principatus eſt collocatus, vt docet Gelaſius Papa in c. Baſilicas de conſec. diſt. 1. Quę quidem veritas oſtendi poteſt exemplis, & practica antiquorum Conciliorum; in quibus ſiue materia fidei, ſiue de ſciſmathę tollendo, ſiue de reformatione vniuerſalis Eccleſiæ facienda. Omnia Papa principaliter auctoritatiue, licet alij Patres conſulendo, & conſentiendo concurrant, & hoc quando Pontifex Summus maxime in Concilijs generalibus perſonaliter interfuit, quæ omnia breuitatis gratia omitto.

Vltimo pro nunc probatur, quod Concilium non ſit ſupra Papam, quia ſi hoc eſſet, eo maxime eſſet, quia Cõcilium ea, quæ à Papa ſunt deffinita, retractare, vel ipſum iudicare poſſet. Sed neutrum iſtorum facere poteſt Concilium quantumcunque ſit legitimæ congregatum. Ergo non eſt ſupra Papam. Maior propoſitio nota, & minor probatur quo ad vtramque partem & primo, quod Concilium non poſsit deffinita à Papa, ſed Papa poteſt retractare ea, quæ facta ſunt à Concilijs, ſic docet Nicolaus Papa in Epiſt. ad Patriarcham, & totum clerum Conſtantinopolitanum, ybi ait. *Nec non, & Patrum & Prædeceſſorum noſtrorum ſecuti veſtigia, quæ ſoliti ſunt etiam Vniuerſorum Concilia nequiter celebrata caſſare, Pontificum ſi quæ*

ſocia ſunt crebro dicta, vel exemplaria fortaſſis Epiſtolę, quin potius; non ſolum hoc, ſed & omnia ſcripta vel aduerſus Fratrem, & Coepiſcopum noſtrum Ignatium inique confecta, vel aduerſus nos cauſam illius canonicae proſequentes fuiſſe deprompta ſunt, perenni damnationi mandamus. Hæc ille. Adſtipulatur Gelaſius Papa in Epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ qua oſtenditur Acacium à Sede Apoſtolica competenter fuiſſe damnatum, & inquit. *Sed nec illa praeterimus, quod Apoſtolica Sedes frequenter, vt dictum eſt more maiorum etiam ſine vlla Synodo praecedente, & Soluendi quos Synodus inique damnauerat, & damnandi nulla exiſtente Synodo, quos oportuit, habuerit poteſtatem. Sanctae memoriae quippe Athanaſium Synodus Orientalis addixerat, quem tamen exceptum, Sedes Apoſtolica, quia damnationi Graecorum non conſenſit, abſoluit. Sancta memoria nihilominus Ioannem Conſtantinopolitanum Synodus etiam Catholicorum praeſulum certę damnauerat; quem ſimili modo Sedes Apoſtolica etiam ſola, quia non conſenſit, abſoluit. Itemque Sanctum Flauianum, Pontificum Graecorum congregatione damnatum, pari ratione, quoniam ſola Sedes Apoſtolica non conſenſit, abſoluit, potiuſque, qui illic receptus fuerat, Dioſcorum ſecundae Sedis pręſulem ſua auctoritate damnauit, & impiam Synodum non conſentiendo ſola ſubmouit, & auctoritate, vt Synodus Calcedonenſis fieret, ſola decreuit. In qua ergo vt ſola ius habuit abſoluendi eos, quos Synodica decreta perculerant ſic etiam ſine Synodo, in hac eadem cauſa plurimos etiam Metropolitanos damnaſſe cognoſcitur.* Hęc ille & refertur 9.q.3. cap. Cuncta per mundum; Et in tom. de anathematis vinculo, ait. *Ita quod firmauit in Synodo Sedes Apoſtolica, hoc robur obtinuit, quod refutauit habere non potuit firmitatem, & ſola reſcindit quod praeter ordinem congregatio Synodica putauerat vſurpandum; non promulgatrix iteratae Sententiae, ſed cum Apoſtolica Sede veteris executrix.* Hæc Gelaſius.

Adrianus Papa primus in Epiſtola ad Tharaſium Patriarcham Conſtantinopolitanum, quæ refertur in 7. Synodo Act. 2. inquit. *In primis autem veſtra Sanctitas piiſſimis, & triumphatoribus noſtris Imperatoribus ſine trepidatione inducat in animum, vt falſam congregationem illam ſine conſenſu, ac praeſentia Apoſtolicę Sedis, contra omnem Patrum venerabilium traditionem, contra venerandas imagines, ſine ordine, & debita inuocatione factam extreetur.* Hæc Adrianus. Quapropter Adrianus huius nominis Papa ſecundus in Epiſtola ad Baſilium Imperatorem, vt refertur in Octaua Synodo Action. prima caſſans, & annullans conciliabulum illud factum ſub Michaele Imperatore, in quo pulſus fuit Ignatius Patriarcha Conſtantinopoli-

tanus, & intruſus Photius dicit: *Volumus per veſtræ pietatis induſtriam Conſtantinopoli vniuerſum celebrari Concilium, in quo Sacrato Cęteri execrandi vanitatis Concilij, quod aduerſus hanc Sedem actum eſt; cuncta decernimus exemplaria à poſſeſſoribus ſuis ablata, contemplantibus cunctis igne cremari, nec ſuper eſſe apud quemlibet ex his omnibus ſaltem vnum iota, vel apicem, niſi quis totius clericatus, imo totius nominis Chriſtiani anathemate percuſſus carere voluerit. Non enim tam deteſtandum colligimus niſi Ariminenſi ſub Conſtantio, vel Epheſino à Dioſcoro congregato, latrocinio comparandum decernimus.* Vnde & Synodus Romæ congregata ob hanc cauſam ſub eodem Pontifice ſupplicans, vt proſequeretur illud, quod inceperat Papa Nicolaus vt in tertia allocutione Adriani ad eandem, vt refertur in octaua Synodo Act. 7. dicit ſic: *Quapropter oramus te Angelice Papa, vt eundem habens ſpiritum, eundemque zelum pietatis, quem, & fratres tui feruentiſſimi præſules conciliabulum cum geſtis ſuis, quod Conſtantinopoli nuper contra veritatem ſub Tyrannice imperante Michaele congregatum eſt, ita ſententia veſtra falce recidatur vt nullum de eo momentum, nullum itero remaneat omnino veſtigium, ſed ad ſui damnationem, vel execucionem, Ariminenſi Synodo, vel Epheſino latrocinio ſit modis omnibus comparandum.* Et Adrianus ipſe proſequens petitiones præfate Synodi ſubiungit. *Conciliabulum vanitatis &c.* Hęc ibi. Quod quidem ante eos docuit Sanctus Dionyſius Papa in Epiſtola ad Seuerum Epiſcopum ſtatim ab initio dicens. *Olim, & ab initio tantam percepimus à Beato Petro Apoſtolorum Principe fiduciam, vt habeamus auctoritatem vniuerſali Eccleſiæ, auxiliante Domino, ſubuenire, & quicquid noxium eſt, auctoritate Apoſtolica corrigere, & emendare.* Hæc ille.

Poteſt hoc, & exemplis firmari, & primo de Concilio copioſo Epiſcoporum numero Arimini conuocato, in quo vt dicit Diuus Hieronymus noſtræ fidei impietas ſcripta fuit. Quod vbique locorum à Beato Auguſtino vocatur latrocinium, contra quod inſurrexerunt Damaſus Papa & Gelaſius. Secundum eſt Concilium Epheſinum ſecundum, contra quod ſurrexit Leo Papa primus. Tertium eſt Concilium Conſtantinopolitanum ſub Conſtantino Copronymo, in quo damnatę fuerunt ſacræ imagines, contra quod inſurrexit Stephanus Tertius, & Adrianus primus Summi Pontifices. Addit & aliud Concilium Conſtantinopolitanum, quod celebrauit Ioannes Quartus cognomento Ieiunator Patriarcha Conſtantinopolitanus cum nomen Oecumenici, & vniuerſalis ſibi

vſurpaſſet; & ſub hoc nomine Synodũ generalẽ conuocaſſet, contra quam inſurrexit Pelagius ſecundus Papa; & eam condemnauit. Quare patet Romanum Pontificem pro ſua auctoritate poſſe Concilia, non recte celebrata, & eorum acta caſſare, & anullare; & eorum geſta anathematizare; quod ſi non eſſet ſuperior Concilio facere non poſſet.

Probatur eadem minor propoſitio, quod videlicet Papa non poſsit iudicari à Concilio. Et primo; teſtimonio Sancti Anacleti Papæ & Martyris; qui in ſecunda ſua decretali quæ eſt ad omnes Epiſcopos in Italia conſtitutos, inquit. *Electionem Summorum Pontificum ſibi Dominus reſeruauit, licet electionem eorum bonis Sacerdotibus, & ſpiritualibus populis conceſſiſſet.* Et refertur diſtinct. 79. c. Electionem.

Sanctus Bonifacius Papa & Martyr, vt refertur cap. ſi Papa diſt. 40. ait. *Huius ſilicet Romani Pontificis culpas redarguere præſumat nullus, quia cunctos ipſe iudicaturus à nemine eſt iudicandus, niſi deprehendatur à fide deuius.* Hæc ille.

Innocentius primus Papa huius rei dedit teſtimonium illuſtre dicens, *Nemo iudicabit primam Sedem, iuſtitiam temperare deſiderantem; neque enim ab Auguſto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à populo iudex iudicabitur.* Hæc ille. Et refertur 9. q. 3. cap. Nemo, vbi glo. in verbo, ab omni clero, inquit. *Argumentum quod Concilium non poteſt Papam iudicare, ut extra de elect. ſignificaſti. Vnde ſi totus Mundus ſententiaſſet in aliquo negotio contra Papam, uidetur quod ſententiæ Papæ ſtandum ſit ut 24. q. 1.* Hæc eſt fides, vbi D. Hieronymus Dicit à nullo poſſe reprehendi, ſi fuerit probata per Papam.

Gelaſius in commonitorio ad Fauſtum magiſtrum fungentem lationis officio ait. *Ipſi ſunt Canones, qui appellationes totius Eccleſiæ ad huius ſedis examen uoluere deferri. Ab ipſa uero nuſquam prorſus appellari debere ſanxerunt, ac per hoc illam de tota Eccleſia iudicare, ipſam ad nullius commeare iudicium, nec de eius umquam præceperunt iudicio iudicari.* Hæc ibi & refert 9. q. 3. c. Ipſi ſunt, & in Epiſt. ad omnes Epiſc. & in ea, quæ eſt ad Epiſc. Dardan. aſſerit. *Cuncta per mundũ nouit Eccl. quod Sacroſancta Romana Eccleſia, de omnibus phas habet iudicãdi, nec cuiquã de eius liceat iudicare iudicio.* Et refertur ead. cau. & q. Cuncta per mũdũ.

Innocentius Tertius in Sermone conſecrationis Romani Pontificis, qui incipit. Quis putas fidelis eſt ſeruus; ſic ait. *Intantum mihi fides eſt neceſſaria, ut cum de cæteris peccatis Deum iudicem habeam, propter ſolum peccatum, quod in fide committitur, poſſem ab Eccleſia iudi-*

nari, nam qui non credit, iam iudicatus eſt. Hæc ille. Habentur etiam hincinde in iure Canonico, multi alij Sacri Canones, oſtendentes, & affirmantes, Papam à nemine iudicari poſſe, & ipſum de tota Eccleſia iudicare.

Hæc veritas determinationibus ac diffinitionibus ipſorum Conciliorum roborari poteſt. Sacra enim Concilia cum agnoſcerent, ſe ſupra Pontificem Romanum auctoritatem non habere in ſuis deffinitionibus hoc expreſſerunt. Quapropter Synodus quę occaſione B. Marcellini Papæ, qui mortis timore Idolis thurificarat copioſa Sinueſſe conuenerat, & ſi Papa reatus ſuum confeſſus eſſet, & quod Patres ſibi imponere vellent, ſuſcipere paratus eſſet; Synodus tamen non eſt auſa in eum proferre Sententiam, imo exclamans dixit. *Nemo vnquam iudicauit, nec preſul Sacerdotem ſuum, quoniam prima ſedes non iudicabitur à quoquam.* Et refertur diſtinct. 21. Nunc autem.

Secundo hoc determinatum fuit in Concilio Romano pręſidente Beato Sylueſtro Papa, Canone vltimo. *Nemo iudicabit primã Sedem, quoniam omnes Sedes à prima Sede iuſtitiam deſiderant temperari, neq. ab augusto, neq. ab omni clero, neq. à Regibus, neq. à populo Iudex iudicabitur.* Hæc ibi.

Adeſt tertio confirmatio illius Synodi, quæ Romę congregata fuit ſuper criminibus Syxto *Pape* tertio a Baſſo, & Mariniano obiectis, cui quidem Synodo pręſens fuit Valentinianus Imperator, qui cum audiſſet, Synodum dicentem: Non licet aduerſus Pontificem dare ſententiam; ſurrexit, & in arbitrio præfati Pontificis iudicium ſuum iudicare reliquit.

Synodus Calcędonenſis Act. 3. damnauit Dioſcorum Alexandrinum, quia in ſecunda Synodo Epheſina Leonem primum Summum Pontificem auſus fuit excommunicare: & refertur etiam diſt. 21. cap. tantum.

Ex tertia Synodo Romana tempore Symmachi Papæ, tempore Theodorici Regis ſuper criminibus Pape Symmacho obiectis, vbi dicitur. *Memorati Pontifices, quibus alligandi imminebat occaſio, ſuggeſſerunt ipſum, qui dicebatur impetitus, debuiſſe Synodum conuocare, ſcientes quia eius Sedi primum Petri Apoſtoli meritum, vel principatus, deinde ſequuta iuſſione Domini Conciliorum venerandorum auctoritas ſingularem in Eccleſiis tradidit poteſtatem, nec antedicte ſedis Antiſtitem minorum ſubiacuiſſe iuditio, in propoſitione ſimili facile forma aliqua teſtaretur.* Hæc ibi. Ex

quibus

quibus habemus, quod dicta Synodus Regi duo objiciebat. Concilium .s.abſq. ipſius accuſati Pontificis iuſſu congregari non poſſe nec primæ Sedis Antiſtitem minorum iudicio ſubiacere. Quaſi diceret. Etiam ſi Concilium, præcedente ipſius Præſulis auctoritate conuocaretur, nobis tamen qui inferiores ſumus contra Pontificem Maximum ferre ſententiam non liceret.

In Quinta Synodo eodem tempore celebrata, in qua receptus eſt liber Ennodii tamquam proprius ipſius Synodi legitur. *Aliorum forte hominum cauſas Deus voluit homines terminare, ſed Sedis iſtius præſulis ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio.* & refertur 9. q. 3. cap. Aliorum hominum.

Et tandem pro nunc in octaua Synodo canon. 21. decretum illud promulgatum fuit. *Porrò ſi Synodus vniuerſalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de Sancta Romanorum Eccleſia, quæuis ambiguitas, & controuerſia, oportet venerabiliter, & cum conuenienti reuerentia de propoſita quæſtione ſciſcitari, & ſolutionem accipere aut perficere, & perfectum facere non tamen audacter Sententiam dicere contra Summos Senioris Romæ Pontifices.* Hæc Synodus Octaua. Quæ quidem verba Synodus, ſunt diligenter aduertenda, quare ſi Summus Pontifex a quoq; iudicari poſſet, non eſſet Summus Pontifex, & generalis Chriſti Vicarius.

Sed animaduertendum eſt nos loqui in hac materia de Pontifice indubitato, & extra caſum hæreſis, nam ſi eſſent duo, vel plures de papatu certantes à Concilio poſſent iudicari; vt habetur diſt. 79. cap. ſi duo, quod præſertim factum fuit in Concilio Conſtantienſi, ſimili modo dici poſſe videtur, de Pontifice metu, vel pecunia interueniente electo, vt cap. ſi quis pecunia ead. diſt. ſtatuit Nicolaus Papa dicens. *Si quis pecunia, vel gratia humana, aut populari, ſeu militari tumultu, ſine concordi, & canonica Electione Cardinalium, & ſequentium religioſorum Clericorum fuerit Apoſtolicæ Sedi intronizatus non Apoſtolicus, ſed Apoſtaticus habeatur.* Hæc ille. His igitur, & ſimilibus caſibus, vbi electio Pontificis irrita, de iure reprobatur, eum iudicare poſſe concedimus, quia cùm legitime ad Pontificatum non fuerit aſſumptus, nec Pontifex quidem appellari meretur, neq; vnquam Pontificiam dignitatem adeptus eſt. Pari modo ſi Papa in hæreſim laberetur, bene à Concilio iudicari poteſt vt cap. ſi Papa diſt. 40. & communiter ſuſtinent Doctores. Quod intelligi debet non in dubijs ſed in manifeſtis, vt ait glo: in cap. ſi Papa; quando ſilicet eſſet notorium, Papam eſſe hæreticum,

vt puta

vt puta quia incidit in hæreſim damnatam, illam publice aſſerendo; & prædicando, & hoc ſi ſit pertinax, & incorrigibilis, nam ſi paratus ſit corrigi, & abnegatis erroribus fidem Chriſti tenere, & profiteri velit; tunc Concilium generale non habet in eum aliquam auctoritatem, vt dicit glo: in cap. Nunc autem diſt. 21. & Hugo ibid. glo. in cap. ſi Papa diſt. 40. & multi Doctores. Cum igitur Concilium habeat auctoritatem à Papa, ab illo ſit congregatum, & confirmatum, nec poſsit retractare ea, quæ à Papa ſunt deffinita, imo Papa geſta Conciliorum poſſit corrigere, & retractare; Nec poſſit Papam iudicare; Euidentiſsime apparet Concilium generale non eſſe ſupra Papam, ſed Papam Superiorem eſſe Concilio.

Quod autem determinatum ſit de fide, videlicet Papam eſſe ſupra Concilium generale, contra illud quod dicunt Septem Theologi Auctores Tractatus de Interdicto non ſeruando. Probatur primo ex Concilio Conſtantienſi in quo damnati fuerunt articuli Ioan: Vuitticlef, inter quos eſt art. 41. qui ſic habet. *Non eſt de neceſſitate ſalutis credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam, inter alias Eccleſias.* Et in bulla Martini Papæ Quinti ipſo approbante Concilio, habetur: *Quod ſuſpecti de hæreſi ad fidem Catholicam redire volentes interrogari debent. Vtrum credant, quod Papa Canonice electus, qui protempore fuerit, eius nomine proprio expreſſo, ſit ſucceſſor Beati Petri, habens ſupremam auctoritatem in Eccleſia Dei.* Hæc ibi. Si affirmare igitur Papam non habere ſupremam poteſtatem in Eccleſia non fuiſſet hæreticum, & de neceſſitate ſalutis ad quid præcipere, quod Vuitticleuiſte, & Huſsite, ad fidem Catholicam redeuntes interrogandos fore. An credant Papam habere ſupremam poteſtatem in Eccleſia? Quid illis preiudicaretur credere, vel non credere Papam habere, vel non habere ſupremam poteſtatem in Eccleſia, ſi non eſſet neceſſarium ad ſalutem? Hinc Caietanus in Opuſculo de auctoritate Papæ, & Concilij cap. 8. inquit. *Quod tractari aliquid in materia fidei contingit dupliciter*, ſilicet materialiter, & formaliter Tractatur formaliter materia fidei, quando tractatur, vt credenda, vel damnanda â fide, & in Concilio Conſtantienſi fuit in materia fidei tractatum, & deciſum formaliter & patet in ſeſſ. 8. contra Vuitticlef, in ſeſſ. 15. contra Ioannem Huſſ. & in ſeſſ. 21 contra Hyeronimum de Praga. Tunc autem tractatur materia fidei materialiter, quando tractatur res quidem pertinens ad fidem, ſed

vt non

vt non credenda, vel non credenda ſed quacunque alia ratione. Cum de materia fidei tractatum ſit, & deciſum in octaua ſeſſ. contra Ioannem Vuitticlef, & ibi damnatus eſt art. 41. *Non eſt de neceſſitate ſalutis credere Romanam Eccleſiam eſſe ſupremam inter alias Eccleſias.* Ergo ibi determinatum eſt, quod oppoſitum eius ſit de fide, & de neceſsitate ſalutis, ſilicet, credere Romanam Eccleſiam habere poteſtatem ſupremam inter alias Eccleſias, ergo determinatum eſt hoc tenendum eſſe de fide.

Preterea hoc expreſſiſſime deffinitum eſt in Concilio Florentino vbi ſeſſ. vltima legitur. *In nomine igitur Sanctæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, hoc Sacro vniuerſali approbante Concilio Florentino, diffinimus, vt hec fidei veritas ab omnibus Chriſtianis credatur, & ſuſcipiatur, ſicq́ omnes profiteantur & c. & in calce ſubdit. Item deffinimus Sanctam Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum, & ipſum Pontificem Romanum ſucceſſorem eſſe Beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium; totiuſq́ Eccleſiæ caput, & omnium Chriſtianorum Patrem, ac Doctorem exiſtere; & ipſi in Beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi Vniuerſalem Eccleſiam, à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodum etiam in geſtis Oecumenicorum Conciliorum, & in Sacris Canonibus Continetur.* Hęc ibi. Ex quibus habemus deffinitum eſſe de fide Papam habere ſupremã poteſtatem in vniuerſa Eccleſia, quando dicitur. *Diffinimus, vt hec fidei veritas ab omnibus Chriſtianis credatur, & ſuſcipiatur.* Hoc etiam habetur ex vltimis verbis. *Quemadmodum in geſtis Oecumenicorum Conciliorum continetur.* Sed in geſtis Concilij Conſtantienſis hoc eſt deffinitum de fide ergo & Concilium Florentinum hoc deffiniuit tamquam de fide, & per conſequens Papam eſſe ſupra Concilium erit diffinitum tamquam de fide, ab omnibus tenendum.

Fuit hoc etiam determinatum in Concilio Lateranenſi ſub Leone decimo ſeſſ. vndecima in concordatis cum Rege Francorum in abrogatione pragmatice vbi dicitur. *Cum etiam ſolum Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, tamquam auctoritatem ſuper omnia Concilia habentem, Conciliorum indicendorũ, transferrendorum, ac diſſoluendorum, plenũ ius, & poteſtatem habere nedũ ex ſacra ſcripturæ teſtimonio, dictis Sanctorum Patrum, ac aliorum Romanorum Pontificum etiam prædeceſſorum noſtrorum, Sacrorum Canonum decretis, ſed propria etiam eorumdem Conciliorum Confeſſione manifeſte conſtat.* Hæc ibi. Sed à Martino

Quinto, & Concilio Conſtantienſi, & Florentino, hoc diffinitum fuit tamquam de fide, ergo & Cōcilium Lateranenſe deffiniuit tā-quam de fide, Papam eſſe ſupra omnia Concilia etiam generalia: & hæc de Papa ſupra Concilium generale dicta ſufficiant.

De ſecundo articulo principali propoſito, probandum eſt quod à Papa nō poſsit appellari ad Conc.generale. Sed primo vnū ſuppono, ꝙ appellatio datur ab inferiori ad ſuperiorem iudicē, & non econuerſo à ſuperiori ad inferiorem c, inferior. diſt. 21. & c. cū inferior. de maior. & obed. c. Oēs 2. q. 9. & ff. à qui appel. non licet. l. 1. & multis alijs in locis. Hoc ſuppoſito dicendum videtur nullo modo licitū eſſe à Romano Pont. ad Conc. generale tamquā ad iudicē ſuperiorē appellare. Et hæc cōcluſio formaliter ponitur in c. Iſti ſunt. 9. q. 3. vbi Gelaſius Papa in communitorio ad faustum Magiſtrum, inquit. *Ipſi ſunt Canones qui Appellationes totius Eccleſiæ ad huius Sāctæ Sedis examē voluere deferri, ab ipſa nuſquā prorus appellare debere ſāxerūt. Ac per hoc illā de tota Eccleſia iudicare, ipſā ad nullius cōmeare iudiciū, nec de ei⁹ vnquā præceperūt iudicio iudicari, ſententiāq; eius conſtituerūt non oportere diſſolui, cuius potius ſequenda decreta mandauerunt.* Hæc ibi. Nā verba illa, nuſquam, prorſus, vnquā, quaſi dicat, nullo caſu, nullo tēpore appellari poſſe à Romana Sede. Notandū qn̄ dicit Canones ſanxiſſe Eccleſiā Romanā de tota Eccleſia iudicare poſſe, & illā à nemine iudicari, & ſententiā eius omnino eſſe ſeruandā; quomodo igitur ab ipſa poterit appellari ad Conciliū generale, Quod totā Eccleſiā rāpreſentat, ſi ipſa Sedes Apoſtolica de tota Eccleſia habet iudicare? Hoc cōfirmatur per ea, quæ habet iſdem Pontifex in Epiſtola ad Epiſcopos Dardaniç, & refertur ead. cau. & q. c. Cūcta vbi ait. Gelaſius. *Cuncta per Mundum nouit Eccleſia, quoniam quorumlibet ſententijs ligata Pontificum, ſedes Beati Petri Apoſtoli ius habeat reſoluendi, vt potè, quæ de omni Eccleſia fas habeat iudicandi, neq; cuique de eius liceat iudicare iudicio, ſi quidem ad illam de qualibet mundi parte Canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo ſit appellare permiſſus.* Hæc ille. Si igitur ab eo iudice, cuius eſt de tota Eccleſia iudicare, & de quo nemini licet iudicare, daretur appellatio, quomodo hoc non implicaret euidentiſsimam contradictionem ex terminis, poſſe iudicare de tota Eccleſia, & ab illo appellari poſſe? Ad quem foret appellatio? Quare ab illa nemini appellare permittitur, & de omnib⁹ mūdi partibus ad eā appellat̄, niſi quia facultatē habet de tota Eccl. iudicare? Nō dat̄ ergo appellatio à Summo Pontifice ad Concilium generale.

 Præterea

Præterea à Capite ad Membra appellare non licet, cum Caput auctoritate cæteris membris ſit nobilius, atque præſtantius, ſed Papa eſt Caput omnium fidelium, & Concilij generalis ergo ab ipſo non poteſt appellari ad quodcunque Concilium; conſequentia eſt nota, & minor patet ex multis locis, ſed præcipue in c ſi quis. 2. q. 6. vbi Sixtus huius nominis primus Papa, & Martyr in Epiſt. ad omnes Epiſc. inquit. *Quod ſi quis aliqua aduerſitate pulſatus fuerit, ad ſedem Apoſtolicam licenter appellare poterit, & quaſi ad Caput, refugium ad eam habeat.* Quod poteſt cõfirmari auctoritate Marcelli Papæ, & Martyris, quod refertur ead. cau & q. c. Ad Romanã vbi mandat. *Quod omnes Epiſcopi, quibus neceſſe fuerit ad illam tamquã ad Caput confugiant.*

Amplius à iudice, in quo eſt ſuprema poteſtas in Eccleſia, & totius Eccleſiæ Principatus, ad aliquod Concilium Eccleſiæ appellare non licet, cum ex ſuppoſito nõ detur appellatio à maiore ad inferiorem iudicem, ſed econuerſo ab inferiori ad ſuperiorem iudicem datur appellatio. Sed in Summo Pontifice eſt ſuprema poteſtas in Eccleſia, igitur ab eo non poteſt appellari ad Cõcilium generale, minor propoſitio à nobis diffuſiſsime in ſuperioribus contra Epiſtolam innominati Doctoris probata fuit. Vterque enim gladius eſt Eccleſiæ materialis, & ſpiritualis. Quæ propoſitio dilucida eſt ex eo quod ſcribit Nicolaus Papa Mediolanenſibus, & refertur cap. Omnes diſt. 21. vbi ſic ait. *Illam vero ſolam ipſe fundauit, & ſupra Petram fidei mox naſcentis erexit, qui Beato Petro æternæ vitæ clauigero terreni ſimul & cæleſtis Imperij iura commiſit.* Quò in loco dicit glo. *Argumentum quod Papa habet Vtrumque gladium temporalem, ſilicet & ſpiritualem.* Idem dixit in cap. Patet. 9 q. 3 Idem docuit Iulius Papa, vt habetur diſt. vndecima in cap. Nolite errare, vbi dicit: *Quod Dominus in Sede Apoſtolica totius orbis poſuit principatum.* Et Anacletus Papa ait Apoſtolicam Eccleſiam ab ipſo Saluatore noſtro primatum obtinuiſſe, vt notatur diſt. 22. cap: SacroSancta, & multis aliis in locis apud Sacros Canones hæc veritas eſt manifeſta.

Ad hæc facit, quia à Matre omnium Eccleſiaſticorũ, & omnium fidelium nullo modo licitum eſt appellare ad filios nec diſperſos, nec congregatos, quoniam Mater ſemper eſt maior auctoritate filijs, & filiorum congregatione, vt vnicuique manifeſtum eſſe videtur, ſed Sancta Sedes Apoſtolica eſt omnium Eccleſiarum Mater. igitur erit maior omnibus, & ab ipſa ad eos appellari non licebit. Quod autem Eccleſia Romana ſit maior omnium aliarum

Eccleſiarum manifeſtum eſt per illud Zepherini Papæ, & Martyris in Epiſtola ad Epiſcopos per Siciliam conſtitutos, vbi aſſerit. *Finis vero eius cauſa, ad Sedem Apoſtolicam deferratur, vt ibidem terminetur. Nec antea finiatur, ſicut ab Apoſtolis, uel ſucceſſoribus eorum olim ſtatutum eſt, quam eius Auctoritate fulciatur. Ad eam quoque ab omnibus, maxime tamen ab oppreſſis appellandum eſt, & concurrendum, quaſi ad Matrem, ut eius uberibus nutriantur, auctoritate defendantur & à ſuis oppreſſionibus releuentur, quia non poteſt, nec debet Mater obliuiſci filium ſuum.* Hæc ille. Et refertur 2. q. 6. cap. Ad Romanam Eccleſiam. Idem ſtatuit Gregorius, vt habetur ead. cau. & q. in cap. Omnes, quo in loco legitur; quod Epiſcopi omnes quibuſcunque aduerſitatibus propulſati libere ad Apoſtolicam Sedem appellent, & ad eam tamquam ad Matrem confugiant.

Confirmari poteſt, quia non eſt licitum appellare ab eo iudice ad iudicem, qui non habet iudicandi poteſtatem, niſi ab eo iudice, à quo appellatur, ſicut patet ex fundamento iam conſtituto, ſed Concilium generale habet auctoritatem, & poteſtatem cõſtituendi, iudicandi, & ſententiandi à Papa, ergo a Papa ad Concilium appellare non licet, minor propoſitio eſt manifeſta per ea, quæ in ſuperioribus dicta fuerunt. Cum Summus Pontifex ſit Caput Eccleſiæ Vniuerſalis, ergo & Concilij Vniuerſalis illam repreſentãtis, ex quo manifeſte ſequi videtur habitudinem illam, quæ eſt inter Romanum Pontificem, & Eccleſiam Vniuerſalem, & Concilium generale, ipſam repreſentans eſſe habitudinem capitis ad corpus: Hæc autem talis eſt, quod Corpus non niſi mediante capite influxum virtutis, ſenſus, & motꝰ recepit, vt ait Philoſophus, & Iſidorus lib. decimo Ethimologiarum, inquit. *Prima pars corporis caput eſt, datum que eſt illi hoc nomen, eo quod ſenſus, & nerui inde initium capiunt, vt ex eo omnis vigendi cauſa oriatur.* Hæc ille. Videtur ergo quod omnis auctoritas Concilij à Papa ſicut à capite immediate dependeat. Quapropter Leo Papa, vt refertur diſt. 19. in cap. Ita Dominus: hanc veritatem confirmat, inquiens. *Huius muneris Sacramentum ita Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt Beatiſſimo Petro omnium Apoſtolorum Summo, principaliter collocaret, ut ab ipſo quaſi quoddam capite dona ſua uelut in corpus omne diffunderet, ut exortem ſe miniſterij intelligeret eſſe diuini, qui auſus fuiſſet à Petra ſoliditate recedere.* Hæc ille.

Hæc eadem veritas patet diſt. 17. per totum, quæ dependentia

non eſt ſolum accipienda reſpectu conuocationis, & congregationis Conciliorũ, ſicut quidã exiſtimant, ſed etiã quantũ ad robur, & firmitatem omnium actitatorũ in eiſdem, vt in ſuperioribus probatum fuit. Quod manifeſtum eſt quoque ex eo quod Pelagius Papa dicit & refertur in cap. Confidimus 25. q. 1. quod Sedes Apoſtolica vnamquanque Synodum ſua auctoritate confirmat, & ex eo quod habet Paſchalis Papa extra de elect. cap. ſignificaſti. Cum igitur Concilium generale, iudicandi, & diffiniendi poteſtatem habeat à Papa, ſequitur quod à Papa ad Concilium generale appellari non poteſt.

Ex geſtis Conciliorum hoc eſt qnoque manifeſtũ, cũ.n. in Concilio Antiocheno ab Arrianis damnati eſſent Athanaſius, Paulus Conſtantinopolitanus, & alij, appellauerunt ad Sedem Apoſtolicã, & à Iulio Papa huius nominis primus proprijs Eccleſijs reſtituti fuerũt, vt ex Epiſtolis Iulij patet. Similiter Gryſoſt. dum Calcedone habito conuentu, cui intereſſe noluit, cum & legitimum non eſſe diceret, impetu inimicorum in exilium eijcitur, decreto Innocentij primi reſtituitur. Eodem modo Flauianus Patriarcha Conſtantinopolitanus, cùm iniuſte damnatus eſſet in Concilio Epheſino 2. appellauit ad Leonem, ſicut teſtatur Leo Papa 1. in Epiſtola ad Theodoſium Auguſtum, Sic & Theodoretus Epiſcopus Cyri ab eodem Concilio Epheſino 2. appellauit ad eundem Leonem, & ambo reſtituti fuerunt, vt patet in Epiſtolis ipſius Leonis in 2. tomo Conciliorum. In Concilio Calcedonenſi, cum data fuiſſet eminentia Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſuper Alexandrinam, Legati Summi Pontificis reclamauerunt, & appellauerunt ad eundem Leonem, vt in Actione quarta eiuſdem Concilij habetur. Ex quibus omnibus habemus quod à Concilio ſemper ad Summum Pontificem appellatum eſt, & numquam à Papa ad Concilium, niſi ab hæreticis, & ſciſmaticis. Quare in concuſſa manet hęc veritas.

Nec obſtat illud, quod obijcitur ex Concilio Piſano in quo ſtatutum fuit, Concilium eſſe ſupra Papam. Quia Concilium illud (ſaluo tamen ſemper Sanctæ Romanæ Eccleſiæ iudicio) fuit conciliabulum illegitimum, & non Concilium, vt teſtatur Sanctus Antoninus tertia part. titul. 22. capitulo. 5. §. 2. & 3. Summ. hiſtori. & euentus probauit, cum auctum fuiſſet ſciſma.

Quod

Quod etiam probari poteſt ex his, quę habet Cardinalis de Turre Cremata qui circa ea tempora floruit in ſumma de Eccleſia lib. 4. par. 1. capit. 9. qui dicit Concilium illud cellebratum fuiſſe per aliquos Cardinales Gregorij Duodecimo, & Benedicti Decimo tertio. Qui depoſitis Gregorio, & Benedicto quantum in eis fuit Electus eſt Alexander Quintus Ordinis Minorum, qui antea Petrus de Candia dicebatur, & ſic auctū eſt ſciſma; nam vbi pº duo de papatu contendebant, iam cōtendebant tres, ſi igitur à quibuſdam Cardinalibus, & non ab omnibus, neſcio videre quomodo fuerit Concilium legitimum. Nec ratio illa quam faciunt quidā doctiſſimi viri, qua probari videtur fuiſſe Concilium legitimum, indicio meo, aliquid concludit, quando dicunt. Quod ſi ſine dubbio fuiſset reprobatū, Alexander Sextus, ſe non ſextum, ſed quintum appellaſset. Quia eadem inſtantia currit pro Gregorio Duodecimo, qui ſi non fuiſset verus Papa. Gregorius Decimotertio non ſe interipſiſset decimotertium, ſed duodecimum, ſic quoque Greg. decimoquarto, non decimumquartum, ſed decimumtertium ſe inſcripſiſset. Attamen impoſſibile eſt quod in Dei Eccleſia ſint duo Summi Pontifices in dubitati. Nec etiam illud aliud quod adducunt, videlicet, ꝙ Alexander, & qui ei ſucceſſit Io: 23. maxime, vt veri Pontifices colerentur, hoc .n. eſse poterat à factionibus, quæ eos ſequebātur. Immo ex illis quæ tradit Turris Cremata, Gregorium duodecimo videtur fuiſſe verū Pontificem. Cum enim vacaſſet Sedes Apoſtolica per mortem Gregorij vndecimo, Electus fuit in Papam Bartholomeus Epiſcopus Baren: & vocatus Vrbanus ſextus. Tandem recedentibus Cardinalibus Gallis præcipuæ, ſe Auinionem contulerunt, vbi ſe ſecuros credebant, & elegerunt alternm Papam ſilicet Cardinalem Geben. & vocatus eſt Clemens ſeptimus, qui inter Pontifices non numeratur, poſt eius mortem, à Cardinalibus illius factionis electus fuit Benedictus Decimotertio. At poſt mortem Vrbani ſexti, qui erat Papa indubitatus. Electus eſt Bonifacius Nonus, & poſt ipſum Innocentius Septimus, & poſt eum Gregorius Duodecimo. Deinde aliqui Cardinales Gregorij & Benedicti 1408. celebrauerunt Concilium illud Piſis, & elegerunt Alexandrum Quintum; poſt quem electus fuit Ioan. 23. vt dictum eſt, & ſic magnum ſciſma factum eſt, quod Dei miſericordia Opitulante in Concilio Conſtantienſi extinctum eſt. Conuenientibus enim tribus obe-

dientijs

obedientijs tandem renunciat Greg. iuri ſuo per Carolum Malateſtam Arminenſem. Io: & Benedictus depoſiti fuerunt. Ex quibus omnibus deducitur, Gregorium ex parte Pontificum, qui indubitati habiti ſunt electum fuiſſe. Hęc tamen iudicio, & autoritate S. R. E. determinanda ſunt.

Nec quicq; Officit decretum illud Concilij Conſtantienſis, cui initi videt Gerſonus, in quo dicitur ſtatutum eſſe q *Synodus generalis in S S. legitime congregata poteſtatem immediate a Chriſto habet, cui quilibet cuiuſcunq. ſtatus vel dignitatis, etiam ſi Papalis exiſtat obedire tenea*tur. Hoc, inquam, decretum non obſtat, adeo quod, & ſi multe afferri poſſent reſponſiones, vna tamen ſufficiat. Dico igitur, quod illud decretum a Concilio vniuerſali poſtquam omnes tres ille obedientie conuenerunt [tunc n. cepit eſſe Concilium generale] nunquam fuit approbatum, nec etiam repetitum, immo Patres in illo Concilio plenario vident nunquam tale ſtatutum, & decretum in mente habuiſſe. Quod patere poteſt ex eo quod ſtatutū legimus in ſeſſ. 40. eiuſdem Synodi, in qua ſcriptum reperimus. *Sacro ſancta generalis Synodus Conſtantienſis in S S. legitime congregata, vniuerſalem Eccleſiam repreſentans, ſtatuit, & decreuit quod futurus Romanus Pontifex per Dei gratiam de proximo. Eligendus, Cum hoc ſacro Concilio, vel deputandis per ſingulas nationes, debeat reformare Eccleſiam in Capite, & in membris, & curiam Romanam ſecundum equitatem, & bonum regimen Eccleſie, antequam hoc Concilium diſſoluatur* & in art. 13 ibid. ſubiungit. *Item propter que, & quomodo Papa poſſit corripi, & deponi.* Ex quibus verbis manifeſtum eſt reformationem Eccleſie, & preſertim in capite, relictam eſſe Pape Iuditio,. Decretum illud igitur in ſeſſ. 4. nullā habet uim, vel eſſet in dictis ipſius Concilij magna contradictio. Imo illud decretū anhullatum fuiſſe oſtēditur ex bulla ipſius Martini. Cum 1.º articulus de quo mandat Papa Prelatis, & Inquiſitoribus fidei ſit ille, ſi credat quod Romanus Pontifex indubitatus. Ad concilium Baſilienſe facilis eſt reſponſio, videlicet quod, & ſi cōuocatio eius, & proſequutio approbata fuit ab Eugenio 4. Summo Pontifice non tamen poſtquam conſumatum fuit, fuit approbatum, & ideo nullam facit uim, & auctoritatem. Et hec pro nunc de hac conſideratione 8. Gerſoni dicta ſufficiant Aggrediamur nonam.

Con-

Conſideratione nona.

NON s'incorre nello ſprezzo delle chiaui in molti caſi, ne quali non s'obediſce al cōmandamento del Papa, cio è quando egli abuſa enormiſſimamente, è ſcandaloſiſſimamente la potestà ſua à deſtruttione, & non ad edificatione. Eſſendo che la poteſtà come dice l'Apoſtolo, gli è stata data in edificatione. Per eſſempio, ſe il Papa voleſſe rapire li teſori della Chieſa, ouer vſurpare l'heredità, ò ridur in ſeruitu abietta il clero con i ſuoi beni, ò ſpogliarlo ſenza cauſa delle ſue ragioni. Chi direbbe che tal coſe ſi doueſſerono tolerare? Chi non giudicarebbe, che ſi poteſſe dire al Papa, perche fai coſi? Chi non ſentirebbe, che ſe gli doueſſe reſiſtere in faccia?

Reſponſio.

Hec nona conſideratio in ſe quamuis ſit vera, eſt tamē propoſitio iniurioſa, & contumelioſa in Summum Pontificem, & ſanctam Sedem Apoſtolicam, cū detrahat ſtatui Summi Pontificis vt habetur a Turre Cremata lib. 4. ſum. de Eccleſia par. 2. cap. 11. & Albertin. de agnoſcen. aſſer. q. 6. num. 9. & alijs. Quaſi quod Sedes Apoſtolica ſemper abutat ſua authoritate in deſtructionem fidei & Eccleſie, quod etiam eſſet piarum aurium offenſiua. Immo mos eſt hereticorum modernorum Lutheri precipue, Caluini, & aliorum Poteſtatem Summi Pontificis negantium, quoties ſe obiecerit occaſio, detrahere, & derrogare per iniurias, & opprobria, eius poteſtati, & auctoritati, quod non eſt permittendum.

Conſideratione decima.

NON ſolo non interuiene ſempre ſprezzo delle Chiaui in quelli, che non obediſcono alle ſentenze delle ſcōmuniche, publicate dal Papa, ò vere da ſuoi miniſtri, ma ne anco ſi debbe giudicare, che interuenga in quelli, che procurano deffenderſi contro tal pretenſe ſentenze per mezzo della poteſtà ſecolare, imperoche la legge naturale inſegna, che a uina forza, ſi poſſa far reſiſtenza alla forza, ma è coſa chiara, che tal ſcōmuniche non ſi debbano chiamare ragione giuridica, ma forza è violenza, contro la quale è lecito ad ogni huomo, & animo libero il diffenderſi.

Reſponſio.

Decima iſta conſideratio eſt aperte ſeditioſa, & ſciſmaticha, quæ ſub falſa prætenſione, & diuiſionem, & ſciſma in Eccleſia,

vel populo Chriſtiano inducit, cum affirmet Cenſuris à Papa publicatis non eſse obediendum, ſed quandoq; reſiſtendum. Cum 1. Pet. cap. 2. dicatur. *Serui ſubditi eſtote in omni timore Dominis veſtris non tm̃ bonis, & modeſtis, ſed etiam diſcolis.* Nec eſt licitum ad Principes, vel Magiſtratus Seculares recurſum habere, vt Sententiam excõmunicationis à Papa vel alio Iudice eccleſiaſtico impediant, hoc enim prohibitum eſt à Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 25. c. 3. de reformatione in calce vbi ait. *Nefas autem ſit ſeculari cuilibet magiſtratui prohibere Eccleſiaſtico Iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, vt lata excõmunicationem reuocet, ſub prætextu, quod contenta in preſenti decreto non ſint obſeruata, cum non ad Seculares, ſed ad Eccleſiaſticos, hec cognitio pertineat. Excommunicatus vero quicunq; ſi poſt legitimas monitiones non reſcipuerit, non ſolum ad Sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur, ſed ſi obdurato animo cenſuris annexus in illis per annum inſorduerit, etiam contra eum tamquam de hæreſi ſuſpectum procedi poſſit.* Hęc Concilium Tridentinum vitans recurſum ad Seculares poteſtates in cauſis cenſurarum, cum cauſe iſtę ſint Eccleſiaſtice, & non ſeculares.

Nec obſtat ſententia illa, vim vi repellere licet, quoniam eſt vera, quando vis, quæ repellitur eſt iniuſta, nec alio modo euadi poteſt, quod etiam fiat in inſtanti cum moderamine inculpate tutele. Quod moderamen eſt quando, id fit, quo omiſso iniuria repelli non poterat, vt docet Pan. in cap. Olim. de reſt. ſpoliatorum, & dicit breuiter colligi ex glo: in capit. ſignificaſti de homic. & Bar. in l. 1. C. vnde vi Syl. verbo Bellum 2. per totum multas inſtantias, & conditiones illius propoſitionis adducit: Vis autem quæ a Prælatis per cenſuras eſt iuſta, nec eis licet reſiſtere.

Conſideratione vndecima.

NON s'incorre nello ſprezzo delle Chiaui, e per conſeguente, ne anco excommunicationi, ò irregolarità, quando nelli ſopradetti caſi, qualche Giuris Conſulto, ò Theologo in ſua conſcientia dice, che tal ſorte di ſenteze non ſono da temere, ne da oſſeruare, maſſime ſe ſi oſſeruarà la debita informatione, & cautela, che non ſeguiti ſcandalo nelli deboli di conſcientia, & ſcrupuloſi, quali reputano, che il Papa ſia vn Dio, che habbia ogni poteſtà in Cielo, & in terra, ma ſi debbe liberare queſti tali dalla ſua ſciochezza, con idonee & conuenienti informationi, li quali ſe non voranno quietarſi ſi deurà giudicare,

care, che il loro ſcandalo non ſia ſcandalo datogli dagli altri: ma ſcandolo riceuto da loro medeſimi, cioè ſcandolo de Fariſei, & che naſce da malitia, & non ſcandolo de deboli, & ſcrupuloſi, che viene da ſemplicità, & ignorantia.

Reſponſio.

Iſta conſideratio Gerſoni eſt temeraria, dum ait, quod in rebus dubijs quas mandat Summus Pontifex, vnuſquiſq; conſilium alicuius Theologi vel Iuris cōſulti recipere poteſt, vt ſit tutus in conſcientia, cum in rebus dubijs ſemper ſuperiori parendū ſit. Imo ſi vnus Theologus aliquid conſuleret, & alius totum oppoſitum illius, quid agendum foret? Quod autem Papa ſit tamquam Deus in terris, ratione poteſtatis temporalis, & ſpiritualis, vel Deus terrenus [vt verbis Sanctorum Patrum vtar] contra Theologum Innominatum diffuſiſſime oſtendebamus. Nec credentes Papam vtranq; poteſtatem habere in cœlo, & in terra iuxta illud Math. cap. 16. *Quodcunq; ligaueris ſuper terram erit ligatum, & in cœlis, & quod cunq; ſolueris ſuper terram erit ſolutum &c.* fatui ſunt, & inſipientes, ſed humiles corde, quæ quidem humilitas magis Deo placet quam ſuperbia Gigantum Turrim Babel ædificare conantium, vt regnum Sanctæ Romanæ Eccleſiȩ deſtruant, ſed Deus confundet illos in varias linguas, vt ſe ipſos non intelligant. Nec ſcandalum puſillorum, qui Romano Pontifici obedientiam præbent, erit ſcandalum a ſeipſis acceptum; ſed ab ijs, qui obedire noluerint, datum.

Conſideratione duodecima.

SI debbe dire più toſto quelli fomentar lo ſprezzo delle Chiaui, che tenerle in reuerentia, i quali douendo reſiſtere all'abuſo delle Chiaui, ſi diuidono tra loro & s'impediſcono l'vn l'altro, ò per imprudenza, ò per dapocaggine non caminando nella caſa del Signor di comun conſenſo, mentre alcuni fauoriſcono gli abuſi, & altri gli vogliono leuare. La verità è che ſi debbe tentar ogni via fauorabile & humile col Sommo Pontefice quando male informato, pronuntia ingiuſte ſententie, ò per ſe ſteſſo, ò per mezzo de ſuoi miniſtri, accio deſiſta & le reduchi à debita forma, ma ſe l'humile diligentia non gioua niente, ſi debbe dar di mano ad vna virile & animoſa libertà.

Reſponſio.

Si quis attente hanc Gerſoni conſiderationem expenderit, & illorum temporum, quando ipſe vigebat, qualitatem attenderit; conſiderationem hanc optimã fuiſſe cognouerit. Vigebat. n. tunc ſciſma in Dei Eccleſia, quod annis quadraginta durauit, & tres de Papatu contendebant. Reges, & Principes ſæculares ſciſma fouebant. Quidam.n.adhærebant Gregorio, Quidam Benedicto. Quidam vero Ioanni. Et Pontifices illi qualibet Die Feſto ſeſe excommunicabant, & fauctores, & ſectatores aliorum, & erat magnũ ſcandalum in Eccleſia. Et ideo Cenſure ille parui pendende erãt, eo quoniam in Eccleſia Dei nõ erat vere Papa indubitatus. At hęc conſideratio pro horum temporum qualitate, cum Papam indubitatum habeamus, eſt perniciosa, & quaſi, ad aliud non tendit, niſi ad ſciſma excitandum. Et hanc in rei veritate interpretis intentionem fuiſſe, credo. Et hæc de primo Opuſculo dicta ſint.

Opuſculum ſecundum Ioannis Gerſonis.

POSTQVAM *Opuſculum primum Ioannis Gerſoni examinauimus; nũc ſecundũ aggredi neceſſe eſt; in quo continetur examen illius aſſertionis.* Sententia Paſtoris etiam iniuſta timenda eſt. *Et ponit caſum in forma qui talis eſt. Vn certo, che ſi faceua Commiſſario del Papa, poſe in vn ſuo proceſſo publico l'aſſertione, che ſegue. Le noſtre ſentenze quantunque fuſſero ingiuſte, ſi debbono oſſeruare, & temere. Si cerca ſopra queſta aſſertione prima ſe ſij falſa, & erronea, ſecondo ſe ſi debbe danarla, nel giudicio della fede; terzo ſe l'autore ſi poſſi chiamare in giudicio di fede. Et prima pare che ſia vera; perche ſecondo San Gregorio, la ſentenza del Paſtore ſi ha da temere, ò giuſta, ò ingiuſta, che ſia, al quale concorda Vrbano Papa, qual dice, che ſi debbe molto temere la ſentenza del Veſcouo, quantumque legbi ingiuſtamente, ma il Papa non ſolo è Paſtore, ò Veſcouo ma ſupremo Paſtore & Veſcouo. Ma incontrario è il detto di San Girolamo ſopra l'Epiſtola di San Paolo à Filemone fondato, in quel di Eſaya al 5. Se alcun dirà che la coſa ingiuſta ſia giuſta, queſto è abomineuole appreſſo Dio, & S. Gregorio nel'humilia 27. Queſto priua ſe ſteſſo della poteſtà di legare, e di ſciogliere, che l'eſſercità ſecondo gli ſuoi appetiti, & non ſecondo le ragioni de ſudditi, & l'iſteſſo San Gregorio dice; all'hora l'aſſolutione del Preſidente è vera, quando ſegue l'arbitrio dell'interno giudice Dio. Et ancora l'iſteſſo Santo dice. Quel-*

lo non

lo non debbe ſoſtenere pena Canonica, il quale non è condennato per ſentenza Canonica. Ma è coſa certa che la ſentenza ingiuſta non è Canonica.

Reſponſio.

Hucuſque Auctor propoſuit quæſtionem de illo Commiſſario, ſiue verus fuerit, Commiſſarius, ſiue ab Auctore confictus & auctoritates Sanctorum Patrum pro vtraque parte in medium attulit. Sed hic aduertendum eſt, in verbis Gregorij quæ referuntur 11.q.3.cap. ſententia Paſtoris, non habetur verbum illud, ſeruandam, ſed ait. *Sententia Paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, timenda eſt.* Eodem modo Vrbanus Papa relatus ead.cau. & q.cap. Quibus Epiſcopi, inquit. *Quibus Epiſcopi non communicant, non communicetis, & quos eiecerint, non recipiatis, valde. n. eſt ſeruanda ſententia Epiſcopi, licet iniuſte liget.* Commiſſarius autem ille addit eſſe ſeruandam. Deinde Auctor progreditur ad diffinitionem quęſtionis, & inquit.

Autore.

Queſta aſſertione poſta in proceſſo publico, eſſendo erronea nella fede, & nelli coſtumi, non è da diſſimulare, ne da trappaſſare; perche è ſcandaloſa è poſta deliberatamente.

Reſponſio.

Quamuis propoſitio illius cõmiſſarij in proceſſu poſita, ſic abſolute conſiderata, non ſit vera, Credo tamen non eſſe in fide erronea, vt aperte dicit Auctor. Nam etſi quęlibet propoſitio falſa poſſit dici erronea iuxta Doctrinam, Aug. in lib. de Academicis, Error eſt falſi pro vero approbatio, & ideo omnis propoſitio diſcedẽs à recta via poſſit dici erronea, & poteſt eſſe in omnibus ſcientijs.ſ. Logica, Philoſophia, & conſimilibus, vt docet Albertin. de agnoſcen. aſſert.q.6.num.8. Ad hoc tamen, quod ſit erronea in fide, oporret quod ſit falſa in fide ſine pertinacia tamen. Hęc. n. vt docet illemet Auctor eſt differentia inter hæreticam propoſitionem & erroneam; quia hæretica eſt cuius falſitas ſit notoria obuians vni, aut pluribus veritatibus Catholicis ex dictis. Et ſic aliquis, in quo ſit fides, cum ad hæſione pertinaci illam falſam aſſertionem tenens, eſt hæreticus. Et ſic omne hæreticũ eſt erroneũ, ſed nõ omne erroneum eſt hæreticum. Ac etiam omne hæreticum eſt erroneũ, & temerariũ ſed non econuerſo. Cũ igitur propoſitio erronea in fide, ſit propoſitio falſa circa fidem, & illa propoſitio illius Cõmiſſarij in proceſſu poſita non ſit circa fidem. Non enim eſt de fi-

de credere abſolute, quod omnes ſententiæ excommunicationis à Paſtoribus late, ſiue iuſte, ſiue iniuſte ſint timende, cum multi Theologi & Canoniſte tueantur illam, ſic abſolute prolatam eſſe ueram, & ligare in vtroque foro. Quare non poterit eſſe erronea in fide.

Nec etiam eſt ſcandaloſa cum propoſitio ſcandaloſa ſit illa, vt docet Turris Cremata libro quarto Summ. de Eccleſia parte 2. ca. 11. & Albertin. loco allegato num. 10. quæ præbet occaſionem ruinę auditoribus, hoc eſt, facilitatem cadendi in hæreſim, ſicut ſunt multæ propoſitiones, quæ licet, cum modificatione adiuncta, ſint veræ; per ſe tamē, & abſolute ſine modificatione prolate vidētur fauere propoſitionibus hereticalibus. Hæc autem propoſitio. *Le noſtre ſentenze ò ſiano giuſte ò ingiuſte ſi deuono temere, & oſſeruare.* Non fauet propoſitionibus hæreticalibus, immo inducit timorem, & reuerentiam erga Eccleſiam & Prælatos, igitur non eſt ſcandaloſa ſed audiamus Gerſoni probationes.

Autore.

Queſta aſſertione è vna propoſitione conditionale, che includę vna tal conſequenza. Ancor che le ſentenze noſtre ſiano ingiuſte, non dimeno ſi debbono oſſeruare, & temere. La qual aſſertione, coſi dichiarata, eſſendo falſa è ancora impoſſibile, come è manifeſto per le regole infallibili del diſcorſo. Aggiungendo che contiene vna vniuerſale, che tutte le ſentenze del detto Commiſſario (quantunque ingiuſte) ſi debbano oſſeruare. Queſta aſſertione è falſa, perche l'oppoſito del conſequente ſtà con l'antecedente, imperoche è uero, che alcune ſentenze del Paſtore, ò Papa è ſuoi Commiſſarij non debbano eſſer oſſeruate, anzi ne anco temute, quando ſono ingiuſte, è queſto in molte caſi.

Reſponſio.

Ad has rationes Gerſoni (ſaluo ſemper meliori iudicio) mihi dicendum videtur quod hæc propoſitio. *Sententia Paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, timenda eſt.* In qua fundatur propoſitio Commiſſarij in proceſſu poſita; non ſit propoſitio Hypotetica conditionalis. Quoniam, vt dicunt logici propoſitio conditionalis eſt illa, in qua coniungunt due Cathagorice per hanc coniunctionē, ſi, vel equiualentē, vt ſi Aſinus volat, Aſinus habet alas, & cathegorica illa, cui immediate coniungit hæc cōiunctio, ſi, dicit antecedēs

reliqua vero cōſequens, ſed hęc propoſitio *Sententia Paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, timenda eſt*, non habet coniunctionem, ſi, neque æquiualentem, quoniam illa conditio, ſiue, magis eſt diſiunctiua, quare non erit propoſitio hyppothetica conditionalis. Præterea propoſitio conditionalis ideo dicitur, conditionalis, quia ponit veritatem ſui conſequentis conditionaliter tantum, & non abſolute, vnde ponit ſuam veritatem ſub illa conditione, ſi antecedens eſt verum denotando conſequtionem vnius propoſitionis ad aliam, ſed hic abſolute dicitur. *Sententia Paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, eſt timenda*; nec denotatur aliquod antecedens conditionale, ad quod ſequatur aliquod conſequens. Dico igitur quod illa propoſitio eſt vna propoſitio cathegorica de extremo diſiuncto, hoc eſt, de ſubiecto diſiuncto, cuius ſubiectum eſt illud. *Sententia Paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit*. & ſic dato quod illa propoſitio eſſet falſa nō ſequitur quod ſit impoſsibilis. Ad id quod ait quod continet vnam propoſitionem vniuerſalem, quod videlicet omnes ſententiæ illius Commiſſarii ſint ſeruande etiam ſi ſint iniuſte. Dico quod ſi per propoſitionem vniuerſalem, intelligat propoſitionem ſimpliciter, pro natura cōmuni, ſine aliqua determinatione ſubiecti, & eſt vna propoſitio indefinita, verum eſt, quod dicit. Si autem per propoſitionem vniuerſalem intelligat propoſitionem vniuerſalem, in qua ſubiicitur terminus communis ſigno vniuerſali determinatus, ſic quod diſtribuatur per ipſum, & teneatur vniuerſaliter, ſicut aſſerere videtur, falſum eſt, quod illa propoſitio contineat in ſe propoſitionem vniuerſalem, ſed eſt una vniuerſalis primo modo, hoc eſt, indifinita. Probatio eius procedit de propoſitione uniuerſali uniuerſaliter tenta, & non de indefinita, nam ad ueritatem indefinite ſufficit, quod prædicatum inſit ſubiecto pro aliquo ſuppoſito, ſed ad falſitatem eius requiritur quod prædicatum nulli ſuppoſito ſubiecti inſit in affirmatiuis, uel cuilibet inſit in negatiuis, & hoc ſi indefinita habeat ſubiectum, quod ſupponat perſonaliter pro ſuppoſitis: ſi vero ſubiectum indefinite ſupponit ſimpliciter, ſufficit, quod ad ueritatem eius, prædicatum inſit ſubiecto pro ſuo tantum ſignificato, vt patet in hac propoſitione, animal eſt genus, homo eſt ſpecies, & ſic de aliis. Cum igitur hæc propoſitio. *Sententia Paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta, eſt timenda*, ſit vna propoſitio cathegorica indefinita de ſubiecto

ſubiecto diſiuncto, ſiue ſupponat perſonaliter, ſiue ſimpliciter erit vera. Quapropter, & ſi Commiſſarius indiſtincte loquatur, & indeffinite iuxta Doctrinam Gregorii, & Vrbani, intelligitur tamen de excommunicatione iniuſta, quæ tamen valida ſit, vt inferius oſtendemus; ſubdit autem Gerſonus & ait.

Autore

Et queſto in molti caſi. Primo, ſe la ſentenza sij pronunciata dopò l'apellatione legitima, come notò Innocentio 3. nell' Epiſtola al Arciueſcouo di Sanſ. 2. ſe contenga errore intollerabile, come notò l'iſteſſo, & queſto può auenire in molti modi Poi che niuno Paſtore, che uiua in terra, anzi ne anco il Papa, ſia impeccabile, ſi che non poſſi abuſare la ſua poteſtà, eſſendo circondato d'infirmità, & imperfettioni, come ſi dice nel' Epiſtola a gli Hebrei Vn caſo ſe ſententiaſſe expreſſamente ò implicitamente contro la fede, & ſacra ſcrittura. Vn altro caſo, ſe ſententiaſſe in pregiuditio della verità, & della giuſtitia, come, ſe volendo alcuno rapire la moglie d'un altro pronunciaſſe ſentenza di ſcommunica contro chi ſe gli opponeſſe. Vn altro caſo, ſe ſententiaſſe in pregiuditio d'una giuſta libertà, come ſe volendo vſurpare la Città d'un Prencipe, ſcōmunicaſſe quelli, che non voleſſero dargliela, è coſi di molti altri ſimili caſi; come ſe voleſſe ſcōmunicare quelli, che obediſcono al ſuo Re, & li ſuoi Editti ragioneuoli; Notò le ſudette coſe Innocentio nel nominato loco. Et di ciò s'ha il fondamento nell'infallibile legge diuina, & naturale che tralaſcio di dedurre qui.

Reſponſio

Vt ad hęc motiua Gerſoni facilis pateat ſolutio, & hec materia diſtincte explicari poſſit, quomodo ſententia illa Paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, eſt ſemper timenda, ante omnia prenotare oportet, quod ſententia excommunicationis tribus modis dici poteſt iniuſta .s. ex animo, ex ordine, & ex cauſa vt colligitur ex D. Thom. in addit. 3. p. q. 21 art. 4, Alex. Alen. 4. p. q 22. mem. 2. art. 1. Ricard. 4. ſent. diſt. 18. dub 3. q. 5. Bonauent. 4. ſent. diſt. 18. par. 2. dub. 2. Durand. 4. ſent. diſt. 18. q. 4. Palud. 4. ſent. diſt. 18. q. 1. art. 3. con. 1. Gab. 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art. 2. con. 5 Colligitur etiam ex glo. in ſum. 11. q. 3. in verbo, ſed ponatur, & cap. Epiſcopus §. ſi ergo. cad. cau. & q. & cap. Sacro in verbo iuſta, de ſent. excom. & ibidem ex Canoniſt. Excommunicatio dicitur in-

iuſta

iuſta ex animo, ſiue ſententia, quando, & ſi exprimatur vera cauſa rationabilis, & iuris ordo ſeruetur; ab eo tamen, qui excõmunicat, nõ ad correctionem, ſeu ex iuſtitie Zelo, ſed indignationis, inuidie, vel odij liuore, & fomite promulgatur: arg. cap. illa 11. q. 3. & cap. cum medicinalis de ſent. excom. lib. 6. & ſententia hoc modo iniuſta, ſi neceſſarie iuris ſolennitates in excommunicatione ſeruate a Iudice fuerint, & in foro exteriori, & in conſcientia apud Deum ligat, & valida eſt, & in hoc conueniunt comuniter omnes Doctores Theologi, Canoniſte, & Sũmiſte. Ratio eſſe poteſt: quoniam, & ſi Iudex mala intentione quempiam excommunicet, excommunicatio tamen valida eſt, & ligat, quoniam iniqua intentio, & peccatum Iudicis, non tollit virtutem, & iuſtitiam ſententie. Vnde ſic excommunicatus faciens contra ſententiam excommunicationis latam, nedum peccat inobedientie peccato, ſed canonum penas incurrit, & celebrans in tali excommunicatione fit irregularis, vt Theologorum, & Canoniſtarum cõmunis teſtatur conſenſus.

Ex ordine vero ſententia excommunicationis dicitur iniuſta, quando & ſi cauſa ſit vera, & rationabilis, & iudex Zelo iuſtitiæ & caritate moueatur, vt peccator ille corrigatur, non tamen ſeruatus eſt ordo iuris de ſent. excom. lib. 6. de quo ĩ ſuperioribus cõtra Epiſtolã Theologi Innominati propoſitione ſeptima. Et Sententia excommunicationis hoc 2° modo iniuſta ex eo quod trina monitio nõ præceſſerit, aut vna pro tribus, cum legitimis interuallis temporum, vt cap. Sacro de ſent. excom. aut non proferatur in ſcriptis cap. medicinalis, vel non fuerit facta coram perſonis idoneis, per quas probari poſſit, ſi oportuerit, cap. ſtatutum de ſent. excom. lib. 6. valida eſt, & ligat in vtroq; foro, excipitur tamea ab hoc caſus vnus, quando, ſilicet, quis excõmunicat participantes cum excommunicato à ſe maiori excommunicatione, Canonica non præcedente monitione, tunc enim ſententia excommunicationis, vel talis excõmunicatio, ipſo facto nõ ſolum eſt iniuſta, ſed etiam irrita, & nulla, vt habetur in cap. ſtatuimus de ſent. excõm. lib. 6. Et in hoc etiam conſentiunt cõmuniter Theologi, & Canoniſte tam antiqui, quam moderni.

De ſententia excommunicationis 3.° ſumpta, iniuſta videlicet ex cauſa, quia ſilicet aut nulla eſt, aut non equa, & legitima, ſed ſolum præſumpta, iuſta tamen dicitur ſecundum allegata in pro-

ceſſu, & probata, vt cum vere innocens, iudicatur nocens ſecundum allegata, & probata in iudicio, & excommunicatur, ad hunc enim caſum tota difficultas reducitur. De qua quidem difficultate ſunt Theologorum, & Canoniſtarum diuerſe opiniones, quidam enim tenent hanc ſententiam etiam in conſcientia ligare, quidam vero tantum in foro exteriori. At cum hoc loco noſtrum non ſit ſententias Doctorum examinare, ſed ſolum quando in foro exteriori ſit timenda, & ſeruanda manifeſtare, ſecundum cõmunem Doctorum ſententiam.

Dico igitur primo, quando cauſa non eſt vere iuſta, ſi ſententia illa non contineat manifeſtum errorem, ſed res dubia eſt, tunc talis ſententia ligat, & valida eſt, & tanquam excommunicatum in foro exteriori ſe gerere debet. Sic docet Soto lib. 4. ſent. diſt. 22. q. 1. art. 3. concluſ. 2. verſic. Secundo modo. Henriquez lib. 13. de excom c. 15. & cap. 21. §. 1. Sayr lib. 1. c. 17. num. 14. Suarez Tom. 5. diſput. 4. ſect. 7. num. 14. Syl. excom. 2. num. 1. caſu 8. & num. 2. & alij. Et ratio eſt, quia oppoſitum eſſet in contemptum Clauium Eccleſie, cum in publico preceptum eius ſit iuſtum, excuſatio autem occulta ſit, & non appareat. Praterea homo in propria cauſa iudex eſſe nõ debet, & in rebus dubijs ſemper pro iudicis ſententia eſt præſumendum. Quapropter in dubio nemo facile ſe innocentẽ putare debet. Nam ſicut eſt commune adagium, & teſtatur Couar. in cap. Alma mater 1. par. §. 2. num. 4. verſic. Illud vero, vbi de periculo agitur animę adhuc in foro exteriori & iudicio ſecurior pars, & certior via eſt eligenda, vt notat glo. in cap. 1. de ſent. & in cap. Iuuenis de ſponſal. Hinc docuerunt Soto, Henriquez & Sayr locis allegatis, citantes etiam Syl. verbo excom 10. §. 1. quod reus licet Conſilio ſuorum Aduocatorum iudicet cauſam non fuiſſe iuſtam, aut dubium de ea re ſit, contra iudicis ſententiam, opinioni Aduocatorum ſuorum adherere non debet. Ex quibus manifeſtum eſt, falſam eſſe vndecimam conſiderationẽ Gerſonis, & propoſitionẽ 14. Septem Theologorum in tract. de Interdicto, quando aiunt, excommunicationem non incurrere illum, qui ab aliquo Theologo, vel Iuris conſulto audit, & docetur, ſententiam excommunicationis in ipſum latam eſſe nullam & non timendam. Addit quoq; Suarez quia ſi huius modi excommunicatus in publico participaret, eſſet in contemptum Clauium Eccleſie. Hinc manifeſtum eſſe oriri obligationem

tionem in conſcientia ad ſeruandam cenſuram hoc modo, & quo ad hanc partem. Quia ſic excommunicatus peccaret, ſi in publico miſſam audiret, aut Eucharistiam ſummeret, vt omnes docent, igitur lata ſententia excommunicationis, orta eſt obligatio in conſcientia ad ſeruandam illam.

Dico ſecundo ꝙ iniuſte excommunicatus, & innocens, ſecundum allegata tamen, & probata in iuditio nocens repertus, licet uere in conſcientia excommunicatus non ſit, cum ſine peccato mortali uera non ſit excommunicatio, ad euitandum tamen ſcandalum, & ne videat Eccleſie cenſuram contemnere, Sententiam illam in publico ſeruare debet, alias in foro exteriori excommunicationis cenſuram uiolaſſe preſumitur, & irregularis iudicabit, aliaſq. incurret penas, que contra excommunicatos non ſeruantes ipſius excommunicationis rigorem ſtatuuntur, & ita iſta ſententia, licet iniuſta, eſt ſeruanda, & facit cap. 17. Concilij Sardicenſis, & refertur 11. q. 3. cap. ſi Epiſcopus, & in decretis Iuo. lib. 5. ubi habetur. *Prouidendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habet poteſtatem is, qui abiectus eſt, vt Epiſcopos finitimos interpellet, & cauſa eius audiatur, ac diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille Epiſcopus, qui aut iuſte, aut iniuſte eum abiecit patienter accipiat, vt negotium diſcutiatur, vt vel probetur Sententia eius à plurrimis, vel emendetur. Tamen priuſquam omnia diligenter, & fideliter examinentur, eum, qui fuerit à comunione ſeparatus, ante cognitionē nullus debet preſumere, vt eum communioni ſociet.*


Concilium carthaginenſe 4. cap. 66. ait. *Clericus, qui Epiſcopi ſe diſtrictionem iniuſtam putat, reccurrat ad Synodum.* & refertur 11. q. 3. cap. Clerici qui, ubi ait glo. *Intellectum huius habes ſupra ead. q. ſi Epiſcopus forte.* Hæc glo. in illo autem cap: ſancitum eſt, quod nullus recipiat excommunicatum antequam cauſa eius videatur. Idem docuit Calixtus Papa, vt refertur ead. cau. & q. cap. Excommunicatos quoſq. & Vrbanus ibidem cap. Quibus Epiſcopi dicebat. *Quibus Epiſcopi nō cõmunicāt, nō cõmunicetis quos eicerint, nō recipiatis, valde enim eſt timenda ſententia Epiſcopi licet iniuſte liget.* Adſunt quoque multi alij canones, qui precipiunt ſententiam excommunicationis iniuſte latam in ſenſu a nobis expoſito eſſe timendam, & ſeruandam, ne ex contemptu fieret iuſta, ſic docet Couar. in cap. Alma mater. prima par. §. 4. num. 7. verſic. His equidem probatur, de ſent. excom. lib. 6. qui etiam pro hac re recitat glo. in cap. poſtulaſtis,

in verbo ſpoliandi, & ibi Panor. num. 12. de Cleric. excom. miniſtr. & idem Panor. in cap. Per tuas, num. 3. de ſent. excommunicationis Syl. verbo correctio §. 9. & excom. 2. notabili primo dub. 8. & notab. 4. dub. 8. multos etiam citans Doctores, Caiet. 22. q. 70. art. 4. ad ſecundum. Adrian. quolib. 6. q. 1. art. 1. concluſ. 1. Soto lib. 4. ſent. diſt. 22. q. 1. art. 3. Concl. 4. verſic. Accedit textus. Palud. lib. 4. diſt. 18. q. 1. art. 3. Concl. 1. Vbi inquit quod talis peccat peccato inobediētiæ, ſi eam non teneat, quouſque abſolutionem procuret ab illo, qui eum excommunicauit, vel ab eius ſuperiore. Dico igitur, ſaluo meliori iudicio, quod licet talis iniuſtæ excommunicatus, tamen ratione ſcandali, quod inde oriri poſſet, non parendo illi iniuſte ſententiæ, parere debet né Eclefiæ auctoritatem contemnere videatur, neć nōn etiam ratione obedientiæ, quę debetur Prælatis Eccleſię in foro exteriori, in quo etiam excommunicatus iudicabitur, vt ne, liberum cuiquè priuato ſit, iudicis ſententiam ex falſa cauſa pronunciare nullam, & irritam eſſe; quod maximum pręiudicium Eccleſiaſticę diſcipline & aliorum ſcandalum afferre poſſet. Sic docet Soto loco allegato & Sayr. lib. 1. de Cenſuris cap. 17. num. 16. Ex his ſequitur quod ſic iniuſte excommunicatus tenetur ſub peccato quærere iuris remedia, nempe appellare, & ſi non admittatur appellatio ad ſuperiorem recurrere debet, aliter peccat, ſic docet Caiet. 2.2. q. 70. art. 4. ad ſecundum Soto, & Sayr. locis Citatis. Ideo autem peccat, non quia non paret iniuſte ſententię excommunicationis, ſed quia iuris remedia contemnit, & non paret Eccleſiæ in hoc, quod præcipit, quod ſic excommunicatus iuris vtatur remedijs. Vnde patet quod ſi iuris remedia non vtatur, apperte ius Eccleſiaſticę poteſtatis contemptor reputatur, & ideo peccat. Et ideo ſtatuit Eccleſia vt ſic iniuſta ſentētia excommunicatus prius abſoluatur, quam audiatur, vt ſic claues Eccleſiæ magis timeantur & in maiori reuerentia habeantur, vt extra de ſent. excom. ca. per tuas, & multis alij de cauſis vt latius declarat Alex. de Aleſ. 4. part. ſum. q. 22. memb. 2. art. 2. in fine & Gabriel in 4. ſent. diſt. 18. q. 2. art. 2. concl. 8. & alii. Ex quibus omnibus apparet, quomodo ſenteutia iniuſta ſit timenda, & obſeruanda, caſus autem qui à Gerſono afferuntur manifeſti ſunt in iure, in quibus ſententia excommunicationis nulla eſt, ſed eſt magna differentia inter ſententiam ipſo iure nullam, quæ eſt præcipue quando quis

excom-

excommunicatur poſt legitimam appellationem, vel quando ſententia continet errorem intollerabilem, & error ille ſit notorius, & huiuſmodi; & ſententiam iniuſtam, niſi ſit notoriæ iniuſta, quoniam omnis ſententia nulla, eſt iniuſta, ſed non omnis iniuſta eſt nulla in foro præcipue exteriori; Quare nihil concludit. Ex quibus etiam patet ad ſequentes propoſitiones Gerſoni, & quomodo veritatem habeant; & ad Propoſitionem 15. Septem Theologorum. Cætera quæ adducit de pragmatica illa Eccleſiæ Gallicanæ vana ſunt & nulla, & in Concilio Lateranenſi ſub Leone x. in concordatis cum rege Francorum abrogata. Et ſic patet ad Gerſonem. Quæ omnia ſubiecta ſunt iudicio S. R. E. cui etiam me ſubmitto.

LAVS DEO.



REGIS-

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T
V X Y Z &.



FINE